


HISTORIA
JOCTANIDARUM
ARAB. ET LATIN









PEABODY INSTITUTE OF THE CITY OF BALTIMORE
1857


Gotth.
Prof Weil, Berl. State Library


Erpen(ius)


(Enc. Br) Albert Schultens, Monumenta vetustiora Arabum 1740

?{ see Brünnow & v. Domaszewski
Prov. Arabia
E. Glaser Altjeminitische Nachr.
W. Schmidt südwestl. Arabien









# HISTORIA
## IMPERII VETUSTISSIMI
# JOCTANIDARUM
## IN
# ARABIA FELICE,
## EX
## ABULFEDA.

# في

# ملوك العرب

# قبل الاسلام

واما ما يتعلق بقبايل العرب وانسابهم فاما نذكره عند ذكر امة العرب في الفصل الخامس المشتمل على ذكر الامم ان شاء الله تعالى ۞

من كتاب ابن سعيد المغربي ان بعد تبلبل الالسن وتفرق بني نوح اول من نزل اليمن قحطان بن عابر بن شالح المقدم الذكر ۞

وقحطان المذكور اول من ملك ارض اليمن ولبس التاج ۞

ثم مات قحطان وملك بعده ابنه يعرب بن قحطان وهو اول من نطق بالعربية على ما ذكر ۞

ثم ملك بعده ابنه يشجب بن يعرب ۞

ثم ملك بعده ابنه عبد شمس بن يشجب ولما ملك اكثر الغزو في اقطار البلاد فسمي سبا وهو الذي بني السد بارض مارب وفجر اليه سبعون نهرا وساق اليه السيول من بعيد ۞

وهو

# DE
# REGIBUS ARABUM
## ANTE
# ISLAMISMUM.

Quod attinet ad Tribus *Arabum*, illorumque ſtemmata, eorum mentionem exequemur, quum commemoranda veniet gens Arabum, ſectione quinta, quae complectetur enarrationem gentium, Deo O. M. volente.

E Libro *Ibn Sayd Africani* teneatur, poſt confuſionem linguarum, & diſperſionem filiorum *Noachi*, primum qui ſedes in *Jemanenſi* regione fixerit, fuiſſe *Kehtanum*, filium *Heberi*, nepotem *Salechi*, quorum ſupra facta mentio eſt. *Kehtan* hicce primus eſt, qui regnum tenuit terrae *Jeman*; atque coronam induit.

convenit Nuweir. p. 48.

Mortuo *Kehtano*, poſt eum regnavit filius ejus *Jaarab*; qui quidem *Jaarab Kehtanides* dialectum *Arabicam* condidit, prout memoriae eſt proditum.

Deinde regnavit poſt eum Filius ejus *Jeshhab Ibn Jaarab.*

Hunc excepit filius ejus *Abdoſſjems Ibn Jeshab.* Is rex factus quam plurimas ſuſcepit expeditiones, quaquaverſum orarum, ac regionum; atque cognominatus eſt *Saba.* Hic eſt ille, qui *praeſeptum petris alveum* conſtruxit in terra *Maraba*, in eumque derivavit ſeptuaginta rivos, atque illuc fluenta compulit e longinquo venientia.

cur. Nuweir p. 48:

وهو الذي بني مدينة مارب وعرفت بمدينة سبا وقيل مارب لقب للملك الذي يلى اليمن وقيل ان مارب هو قصر الملك والمدينة سبا ۞

وخلف سبا المذكور عدة اولاد منهم حمير وعمرو وكهلان واشعر وغيرهم على ما سنذكرهم في الفصل الخامس عند ذكر امة العرب ۞

ولما مات سبا ملك بعده ابنه حمير بن سبا ولما ملك اخرج ثمود من اليمن الى الحجاز ۞

ثم ملك بعده ابنه وائل بن حمير ۞

ثم ملك بعده ابنه السكسك بن وائل ۞

ثم ملك بعده ابنه يعفر بن السكسك ۞

ثم وثب على ملك اليمن ذو رياش وهو عامر بن بازان بن عوف بن حمير ۞

ثم نهض من بني وائل النعمان بن يعفر بن السكسك بن وائل بن حمير واجتمع عليه الناس وطرد عامر بن بازان بن الملك واستقل النعمان المذكور بملك اليمن ولقب النعمان المذكور بالمعافر لقوله

اذا انت عافرت الامور بقدرة
بلغت معالى الاقدمين المقاول ۞

والمقاول لفظة جمع وهم الذين يلون الجهات الكبار من اليمن ۞

ثم ملك بعده ابنه اسحم بن نعمان المعافر المذكور ۞

ثم ملك بعده شداد بن عاد بن الملطاط

بن

Idem quoque Urbem *Maarabam* condidit; quae *Sabae* nomine nobilitata. Sunt qui dicant, *Maarab* eſſe cognomentum Regis, qui *Jemanam* imperio tenuit. Aliis *Maarab* appellatam autumant *Arcem* Regiam, ipſam autem Urbem, *Saba.*

Reliquit autem *Saba* praedictus quam plurimos filios, inter quos *Homeir*, & *Amrou*, & *Cahlan*, & *Asjar*, aliique; quemadmodum expoſituri ſumus *ſectione quinta*, quum enarranda erit gens *Arabum.*

Mortuo *Saba* regnum ſuſcepit Filius ejus *Homeir Ibn Saba.* Hic rerum potitus *Themudaeos* ex *Jemana* in *Hisjazam* expulit.

Poſt eum regnavit filius ejus *Wathil Ibn Homeir.*

Huic ſucceſſit filius ejus *Secſac Ibn Wathil.*

Poſt eum imperavit filius ejus *Jaaſar Ibn Secſac.*

Invaſit deinde regnum *Jemanenſe Dſu Ryashh*; qui appellabatur *Amir Ibn Bazan*, *Auſi* nepos, pronepos *Homeiri.*

In eum arma ſuſcepit e *Watheli* poſteris *Nooman Ibn Jaafar*, nepos *Secſaci*, pronepos *Watheli*, *Homeiri* abnepos: ad eumque agmine facto concurſum. Sic *Amirum Bazani* filium regno iterum dejecit dictus *Noomanus*, atque abſolutum dominum gerens regni *Jemanenſis*, cognominatus fuit *Almoaphirus*, ob inſignius hocce dictum ejus:

*Quum tu blandus negotia tractas, in potentia;*
*Conſequeris celſitudines principum dictatores agentium.*

Dictatores nempe collective vocabant eos, qui maximis *Jemanae* provinciis praeſidebant.

Poſt hunc Imperium tenuit filius ejus, *Aſmach Ibn Nooman*, dicti *Moaphir.*

Deinde rerum potitus eſt *Sjeddad* filius *Aadi*, per *Matatam*

vid. Hamza p. 20. Nuweir. p. 51.
De Successore Homeiri vid. Nuweiri p. 51 et 53

بن سبا واجتمع له الملك وغزا البلاد الى ان بلغ اقصى المغرب وبنى المداين والمصانع وابقى الاثار العظيمة ۞

ثم ملك بعده اخوه لقمان ۞

ثم ملك بعده اخوه ذو سدد بن عاد ۞

ثم ملك بعده ابنه الحرث بن ذي سدد ويقال له الحارث الرايش وقيل ان الحارث الرايش المذكور هو ابن قيس بن صيفي بن سبا الاصغر وهو تبع الاول ۞

ثم ملك بعده ابنه ذو القرنين الصعب بن الرايش وقد نقل ابن سعيد المغربي ان ابن عباس سيل عن ذي القرنين الذي ذكره الله تعالى في كتابه العزيز فقال هو من حمير وهو الصعب بن الرايش المذكور لا الاسكندر الرومي ۞

ثم ملك بعده ابنه ذو المنار ابرهه بن ذي القرنين ۞

ثم ملك بعده ابنه افريقس بن ابرهه ۞

ثم ملك بعده اخوه ذو الاذعار عمرو بن ذي المنار ۞

ثم ملك بعده شرحبيل بن عمرو بن غالب بن المنتاب بن زيد بن يعفر بن السكسك بن وائل بن حمير فان حمير كرهت ذا الاذعار فخلعت طاعته وقلدت الملك شرحبيل المذكور وجرى بين شرحبيل وذي الاذعار قتال شديد قتل فيه خلق كثير واستقل شرحبيل بالملك ۞

ثم ملك بعده ابنه الهدهاد بن شرحبيل ۞

ثم

*tatam* e *Sabae* proſapia. Hic univerſi Imperii compos factus, victricia arma per terras circumtulit, atque ad extremas Africae oras pervaſit. Idem magnas Urbes condidit; atque Ciſternas egregii operis; illuſtribus ſui monumentis ad poſteritatem tranſmiſſis.

Hunc in regno excepit Frater ejus *Lokman* filius *Aadi.*

Hujus iterum ſucceſſor fuit ejuſdem Frater *Dſu Sedad* filius *Aadi.*

Poſt hunc regnum obtinuit Filius ejus *Harith Ibn Dſi Sedad;* qui *Al-Rayish* (*Ditatoris*) cognomento inſignitus fuit: ſunt qui dicant, huncce *Harithum Ditatorem gentis* fuiſſe filium *Kiſi*, per *Saiphi* e *Saba* minore prognatum. Hic *Tobba primus* appellatus.

Poſt hunc imperavit Filius ejus *Dſulcarnain Aſſaab Ibn Rayish.* Scriptum reliquit *Ibn Sayd Africanus*, interrogatum *Ibn Abbas* de *Dſilkarnain* (*Cornigero*), cujus mentionem facit Deus O. M. in *Alcorano*, reſpondiſſe, eum e proſapia fuiſſe *Homeiritarum*, atque eſſe hunc *Aſſaabum* filium *Rayishi*, non autem *Alexandrum Magnum.*

alium hoc nomine designat Hamza Ispahan: vid p. 27.

Hunc in regno ſecutus Filius ejus *Dſulmenar*, (*Dominus Phari*,) *Abraha Ibn Dſilkarnain.*

Poſt hunc regnavit Filius ejus *Africus Ibn Abraha.*

Hunc excepit in regno Frater ejus *Dſuladſaar Amrou Ibn Dſilmenar.*

Poſt hunc regno potitus *Sjerhabyl Ibn Amrou.* Is filius *Galibi*; & is *Muntabi*, is vero *Zeydi*; ut is *Jaafari*; is autem *Secſaci*, qui per *Wathilum Homeiro* oriundus. *Homeiritae* nempe faſtidientes *Dſuladſaarum*, exuerant obedientiam ejus, regnumque humeris impoſuerant praedicti *Sjerhabili.* Hinc inter *Sjerhabilum* & *Dſuladſaarum* vehementes pugnae pugnatae; in quibus multi mortales occiſi. Imperium tandem ſolus *Sjerhabylus* occupavit.

Deinceps regnum tenuit filius ejus, *Hadhad Ibn Sjerhabyl.*

Huic

ثم ملكت بعده بلقيس بنت الهدهاد وبقيت في ملك اليمن عشرين سنة وتزوجها سليمان بن داود عليهما السلام ۞

ثم ملك بعدها عمها ناشر النعم بن شرحبيل وقيل ان ناشر النعم اسمه مالك بن عمرو بن يعفر بن عمرو من ولد المنتاب بن زيد الحميري ۞

ثم ملك بعده ابنه شمر يرعش بن ناشر النعم المذكور وقيل شمر بن افريقس بن ابرهه ذي المنار ۞

ثم ملك بعده ابنه ابو مالك بن شمر ۞

ثم ملك بعده عمران بن عامر الازدي وهو عمران بن عامر بن حارثه بن امرى القيس بن ثعلب بن مازن بن الازد بن الغوث بن نبت (نبت) بن مالك بن ادد بن زيد بن كهلان بن سبا ۞

وانتقل الملك حينئذ من ولد حمير بن سبا الى ولد اخيه كهلان بن سبا وكان عمران المذكور كاهنا ۞

ثم ملك بعده اخوه مزيقيا عمرو بن عامر الازدي وقيل له مزيقيا لانه كان يلبس كل يوم بدلة فاذا اراد الدخول الى مجلسه رمى به فمزقت لان لا يجد احد فيها ما يلبسه بعده انتهى كلام ابن سعيد المغربي ۞

من تاريخ حمزه الاصفهاني ان الذي ملك بعد ابي مالك بن شمر المذكور قبل عمران الازدي ابنه الاقرن بن ابي مالك ۞

ثم ملك بعده ذو حبشان بن الاقرن وهو الذي اوقع بطسم وجديس ۞

ثم ملك بعده اخوه تبع بن الاقرن ۞

ثم

Huic successit *Belkys Hadhadi* Filia. Rerum *Jemanensium* potita fuit viginti annos. Eam tori sociam fecit *Salomon* Filius *Davidis*, super quibus pax sit.

Post hanc regnum suscepit patruus ejus *Nasjirelniem* (*Sparsor gratiarum*) *Ibn Sjerhabyl*. Dicitur hujus *Nasjirelniem* nomen fuisse *Malic Ibn Amrou*, qui *Jaafari* erat filius: & is alterius *Amrou*; qui a *Montabo* ortus: ut is a *Zeido Homeirita*.

Hunc excepit Filius ejus *Shamar Jaraash* (*Tremulus*) *Ibn Nasjirelniem* praedicti.

Alii hunc *Shamar* Filium *Africi* fuisse tradunt, nepotem *Abrahae Dsilmenar*. Post hunc regnavit Filius ejus *Abu Malic Ibn Sjamar*.

Post hunc regnum accepit *Amrou Ibn Amir Azdaeus*. Hic est *Amran* filius *Amiri*, filii *Harithi*, filii *Amrolkisi*, filii *Thaalebi*, filii *Mazini*, filii *Azdi*; qui *Gouthi* filius; qui *Nebati*; qui *Malechi*; qui *Adadi*; qui *Zeydi*; qui *Kahlani*; qui *Sabae*.

Translatum fuit tunc tempestatis regnum e familia *Homeir Ibn Saba* in familiam fratris ejus *Cahlan Ibn Saba*. Erat autem memoratus ille *Amran* hariolus.

Deinde regnavit frater ejus *Mazikia Amrou Ibn Amir Azdaeus*. Appellatus fuit *Mazikia*, (*Lacerator*) quod quotidie aliam indueret vestem: quumque discubitum iret eam abjiceret, & lacerari juberet: ne quisquam alius in ea haberet, quod post ipsum indueret. Finitur hic quod *Ibn Sayd Africanus* prodidit.

In Chronico *Hamzae Ispahanensis* extat; eum qui post *Abimalich Ibn Shamar* praedictum regnavit, ante *Amran Azdaeum*, fuisse filium ejus *Akran Ibn Abimalich*.

Post hunc regnavit *Dsu Habshan Ibn Akran*. Hic est qui *Tesmitas* & *Giadisitas* extirpavit.

Eum excepit Frater ejus *Tobbaa Ibn Akran*.

ثم ملك بعده ابنه كليكرب بن تبع ۞
ثم ملك بعده ابوكرب اسعد وهو تبع الاوسط
وقيل ثم ملك بعده ابنه حسان بن تبع وتتبع
قتلة ابيه فقتلهم عن اخرهم ۞
ثم قتله اخوه عمرو بن تبع وملك بعده
وتواترت بعمرو المذكور الاسقام حتى كان
لا يمضي الى الخلاء الا محمولا على نعش
فسمي ذا الاعواد لذلك ۞
ثم ملك بعده عبد كلال ابن ذي الاعواد ۞
ثم ملك بعده تبع بن حسان بن كليكرب
وهو تبع الاصغر ۞
ثم ملك بعده ابن اخته الحارث بن عمرو
وتهود الحارث المذكور ۞
ثم ملك بعده مرثد بن كلال ۞
ثم تفرق بعده ملك حمير والذي اشتهر
بعده انه ملك وكيعة بن مرثد ۞
ثم ملك ابرهة بن الصباح ۞
ثم ملك صهبان بن محرث ۞
ثم ملك عمرو بن تبع ۞
ثم ملك بعده ذو شناتر ۞
ثم ملك بعده ذو نواس وكان من لا يتهود القاه في
الخدود مضطرمة نارا فقيل له صاحب الاخدود ۞
ثم ملك بعده ذو جدن وهو اخر ملوك حمير ۞
وكان مدة ملكهم على ما قيل الفين وعشرين
سنة وانما لم نذكر مدة ما ملكه كل
واحد منهم لعدم صحته ولذلك قال صاحب
تواريخ الامم ليس في جميع التواريخ
اسقم من تواريخ ملوك حمير لما
يذكر فيه من كثرة عدد سنيهم مع
قلة

Huic successit filius ejus *Colaicarb Ibn Tobbaa.*

Deinde regnavit *Abu Carb Asaad.* Est hic *Tobbaa* medius. Alii dicunt ei successisse ejus filium *Hassan Ibn Tobbaa*; qui percussores patris sui executus est, eosque in universum omnes occidit.

Convenit Hamza p. 31.

Hunc deinde interemit Frater ejus *Amrou Ibn Tobbaa*; atque regnum occupavit. Huncce *Amrou* continentes infestarunt morbi; ita ut ne secessum quidem petere posset sedi faciendae, nisi feretro gestaretur; ac propterea *Dsulaawad* (*Dominus lignorum*) vocitatus est.

Hunc excepit *Abd-Celal* Filius *Dsulaawadi.*

Post eum regnavit *Tobbaa Hassani* Filius, *Colaicarbi* Nepos. Hic est *Tobbaa* junior.

Huic in regno successit sororis Filius *Harith Ibn Amrou*; qui *Harithus* ad *Judaicam religionem* transivit.

Post hunc regnum tenuit *Morthed Ibn Celâl.*

Hoc mortuo scissum fuit imperium *Homeiriticum.* Qui regno post eum inclaruit, est *Wakiaa Ibn Morthed.*

Deinde regnavit *Abraha* filius *Sabahi.*

Post hunc regnum obtinuit *Sahban* filius *Morthedi.*

Deinde regnavit *Amrou* filius *Tobbaae.*

Hunc excepit *Dsu Shanathir.*

Deinde regnum tenuit *Dsu Nowas.* Hic quotquot ad *Judaismum* transire nollent projecit in foveam igne ardentem; indeque *Dominus Foveae* appellitatus est.

Satis hoc Hamza p. 39.

Huic in regno successit *Dsu Giadan*, estque hic ultimus regum *Homeiridarum.*

Duravit autem, prout multi dicunt, eorum imperium bis mille & viginti annos. Non addidimus spatium, quo quisque eorum regnavit, quod hac in parte deficiat certa fides. Ideo quoque dixit Auctor *Chronici gentium*, nullum *Chronicon* magis laborare quam regum *Homeiridarum* illud: quippe in quo tanta annorum series tam paucos nu-

Similia Hamza p. 41.

قلة عدد ملوكهم وانهم يقولون ان ملوكهم ستة
وعشرون ملكا ملكوا في مدة العين وعشرين سنة ۞
ثم ملك اليمن بعدهم من الحبشة ومن الفرس
ثمانية ثم صارت اليمن الي الاسلام ۞

من كتاب ابن سعيد المغربي ان الحبشة
استولوا على اليمن بعد ذي جدن الحميري المذكور ۞
وكان اول من ملك اليمن من الحبشة
ارياط ۞

ثم ملك بعده ابرهة الاشرم صاحب
الفيل الذي قصد مكة ۞

ثم ملك بعده يكسوم ۞

ثم ملك بعده مسروق بن ابرهه وهو اخر من ملك
اليمن من الحبشة ثم عاد ملك اليمن الى حمير ۞
وملكها سيف بن ذي يزن الحميري وهو الذي
ملكه كسري انوشروان فارسل مع سيف
المذكور احد مقدمي الفرس يقال له وهرز
بجيش من العجم فساروا الى اليمن وطردوا
الحبشة عنها وقرر سيف بن ذي يزن في
ملك اليمن ولما استقر سيف في ملك
اجداده وطرد الحبشة عنها جلس في
غمدان يشرب وهو قصر كان لاجداده
باليمن فامتدحته العرب بالاشعار
ومنها ما قال فيه امية بن ابي الصلت ووصف
تغرب سيف بن ذي يزن وقصده قيصر اولا ثم
كسري في اعادة ملك اباية اليه حتي قدم بالفرس
الذي مقدمهم وهرز فقال في ذلك شعر

لا يقصد الناس الا كابن ذي يزن
اذا خيم البحر للاعداء احوالا *

وافي

mero regnantes complectatur: quum Reges recenseant viginti sex, qui spatio bis mille & viginti annorum imperitarint.

Post eos *Jemanam* tenuerunt ex *Habessinis* & *Persis* octo: ac deinde *Jemana* ad *Islamismum* accessit.

In libro *Ibn Sayd Africani* porro habetur; *Habessinos* praesedisse *Jemanae* post *Dsu Giadan* praedictum.

Primus qui ex *Habessinis Jemanam* obtinuit, est *Arnat.*

Post eum regnavit *Abraha Alashram* (*naso fissus*,) *Dominus Elephanti*, qui *Meccam* invadere voluit.

Hunc in regno excepit *Jacsum.*

Huic iterum successit *Masruk Abrahae* filius. Estque hic postremus, qui ex *Habessinis* in *Jemana* regnavit. Postea imperium *Jemanae* rediit ad *Homeiritas.*

In ea rerum potitus *Seiph* filius *Dsi Jazan*, *Homeirita.* Hunc regno imposuit *Cosroë Anoushirwan*: qui cum *Seipho* praedicto misit aliquem e Ducibus *Persiae*, cui *Webraz* nomen, cum exercitu *Persarum.* Hi in *Jemanam* contendentes, inde *Habessinos* expulerunt: atque *Seiph* filius *Dsi Jazani* in regno *Jemanensi* confirmatus est. Quum autem *Seiphus* imperium avorum suorum recuperasset, indeque *Habessinos* deturbasset, publicum convivium instituit, & compotationem in *Gamadana.* Arx ea avorum ejus in *Jemana.* Ibi eum carminibus concelebrarunt *Arabes.* Inter ea id quod in eum dixit *Ommia* filius *Abiselti.* In eo describit peregrinationem *Seiphi*, filii *Dsi Jazan*; qua primum quidem *Caesarem* adiit; deinde *Cosroëm*; ut regnum patrum suorum sibi restitueretur: ejusque adventum cum Persis duce *Webrazo.* Hunc eventum ita carmine celebrat.

*Non est qui ambire possit opem, qualis Filius Dsi Jazan,*
*Quum ingressus est mare; hostibus perniciem struens.*

واتى هرقل وقد شالت نعامته
ولم يجده النصر الذي سالا *
ثم انتحى نحو كسرى بعد عاشرة
من السنين يهين النفس والمالا *
حتى اتى ببني الاحرار يقدمهم
تخالهم فوق متن الارض اجبالا *
لله درهم من فتية صبر
ما ان رايت لهم في الناس امثالا *
بيض مرازبة غلب اساورة
اسد تربت بالغيضات اشبالا *
فاشرب هنيا عليك التاج مرتفقا
براس غمدان دارا منك محلالا *
تلك المكارم لا قعبان من لبن
شيبا بماء فعادا بعد ابوالا *

وكان سيف بن ذي يزن المذكور قد اصطفى جماعة من الحبشان وجعلهم من خاصته فاغتالوه وقتلوه فارسل كسرى عاملا على اليمن واستمرت عمال كسرى على اليمن الى ان كان اخرهم باذان الذي كان على عهد رسول الله صلى الله عليه وسلم واسلم ثم صارت اليمن الى الاسلام *

انتهى اخبار ملوك اليمن



*Acceſſit Heraclium; cujus jam trepidabat ſtruthio;*
*Neque apud eum opem invenit, quam rogitabat.*
*Seceſſit deinde Coſroëm verſus, poſt decadem*
*Annorum, exponens vitam, atque profundens.*
*Uſque dum adventarit cum Filiis nobilium, ducens eos;*
*Credidiſſes eos ſuper dorſo terrae montes incedere.*
*O generoſam indolem juvenum praeſtrenuorum!*
*Non eſt ut cernas illis, in hominibus, pares.*
*Candidi, Magnates, praevalidi, Equites,*
*Leones, educati in Sylvis, Catuli.*
*Itaque genio indulgeas, coronam gerens, alte ſubnixus*
*In vertice Gamedanae, ſede Tibi hoſpitaliſſima.*
*Haec læta lautia, non duo pocilla lactis*
*Commixti aqua, quae redeant mox in aquam.*

Elegerat autem *Seiph Ibn Dſi Jazan* memoratus turbam *Habaſſiorum*, eosque ſatellitibus ſuis inſeruerat. Hi nec opinato eum adorti obtruncarunt. Tum *Coſroës* praefectum ſuper *Jemanam* ſubmiſit; praefectique iſti *Coſrois* continuarunt uſque ad *Badſanum*, eorum poſtremum, qui tempore prophetae omnibus benedictionibus proſequendi extitit: atque ad *Iſlamiſmum* converſus eſt. Ipſa quoque *Jemana* tum ad *Iſlamiſmum* acceſſit.

latius Hamza p. 43.
nomina eorum etc. Hamza p. 45.

Explicit hiſtoriae Regum *Jemanae*.





# HISTORIA
## IMPERII VETUSTISSIMI
# JOCTANIDARUM
## IN
# ARABIA FELICE.
## EX
## HAMZA ISPAHANENSI.

من كتاب

# تاريخ الامم

تاليف

حمزة بن الحسن

الاصبهاني

## الباب الثامن

## في سياقة تواريخ حمير

## ملوك عرب اليمن

سار يعرب بن قحطان الى ارض اليمن في ولده فاستوطنها فهو اول من نطق بالعربية واول من حياه ولده بتحية الملك وقيل له ابيت اللعن وانعم صباحا واليمانيون كلهم من ولده ۞

فولد ليعرب بن قحطان يشجب وليشجب سبا بن يشجب والملوك من ولده ۞

قالوا وسمى سبا لانه اول من سبي السبي من ولد قحطان ۞

وهذه حكاية حكاها اليمانيون عن ابتدا تواريخهم وقرات في اخبار اسندها الهيثم بن عدي الى ابن عباس ان العرب العاربة عشرة

# E LIBRO CHRONOLOGIAE GENTIUM CONSCRIPTO AB HAMZA IBN ELHASAN ISPAHANENSI.

## Caput Octavum.

### *Exhibens seriem Chronologicam Homeritarum, Regum Arabiae Felicis.*

Profectus fuit *Jaarab* Filius *Kehtan* in terram *Jemanae* cum filiis suis; sedemque ibi fixit. Is primus est, qui *Arabica* usus sit Dialecto. Primus quoque, quem prosapia sua solemni acclamatione, *Vivat Rex*, salutarit; cuique dictum sit, *Emineas supra maledictionem*; & *fausta tibi procedat aurora.* Omnes autem *Jemanenses* de ejus sunt familia.

simil. Nuwair. p. 50.

Et natus est *Jaarabo* Filio *Kehtani*, *Jesh-habus*: *Jesh-habo* vero *Saba Ibn Jesh-hab*: e cujus prosapia oriundi reliqui Reges.

Narrant, nomen *Sabae* ei inditum, quod primus fuerit e progenie *Kehtani*, qui captivam duxerit multitudinem.

Ita habet narratio, quam texunt *Jemanenses*, de exordio annalium suorum. Legi autem in Historiis, quas *Haitham Ibn Adi* auctoritate retulit *Ibn Abbasi*, meros illos ve-

 teres,

عشرة ارخت من لدن ارم فكانت العرب
العاربة عشرة رهط عاد وثمود وطسم وجديس
وعمليق وعبيل واميم ووبار وجاسم وقحطان
وكانت هذه الفرق تورخ سني ارم الى ان بادت
كلها واحدة على اثر الاخري وبقي منهم
بقايا يسيرة كانوا يسمون الارمان برهة
من الدهر قايمين على هذا التاريخ الى ان قاتل
غابرهم اردوان ملك النبط وذلك في اخر ايام
الاشغانيين فهم في ذلك حتي لحقهم اردشير
بن بابك ملك الفرس فاباد الفريقين ۞
وقرات في اخبار رواها عيسي بن داب ان في
زمن جم ملك الفرس بعث هود الى عاد وصالح
الى ثمود وفي زمن افريدون بعث ابرهيم عليه
السلام وفي زمن منوشجهر بعث موسي عليه
السلام وكان ملك اليمن في زمانهم شمر بن
الاملوك وكان في طاعة منوشجهر ثم جري
ابنه على منهاجه في طاعة ملك الفرس وبنا
مدينة ظفر باليمن واخرج من باليمن
من العماليق ۞

وفي زمن كيقباد عقدت بنو قحطان
ملكهم بارض اليمن فملكوا عليهم عبد
شمس بن يشجب بن يعرب بن قحطان
فسار بهم في مدن اليمن ومخاليفها وتتبع
بقايا عاد بالارض فلم يدع بارض
اليمن احدا منهم الا سباه واستعبده
فسمي سبا ۞

ولا ادري كيف يصرف ابن داب في العربية
لان السبي غير مهموز وسبا مهموز على
ان لابن داب اسوة في النساب فانهم زعموا
ان

teres, qui dicuntur, *Arabes* fuisse decem familias, *Aad*, & *Themud*, & *Tasm*, & *Giadys*, & *Amalek*, & *Abyl*, & *Emym*, & *Wabar*, & *Giasim*, & *Kehtan*; diversasque hasce nationes annos suos computasse ab *Iremo*, usque dum omnes aliae post alias extinctae sint. Remansisse tantum ex iis exiguas reliquias, qui *Iremanii* nominati, longo temporis spatio hunc calculum Chronologicum retinuerint; donec quod ex iis supererat bellis attritum, ab *Ardewano* rege *Nabataeorum*. Accidisse hoc extremis temporibus *Ashganiorum*, (*Persiae* Regum) eosque ita se habuisse, donec *Ardsjir Ibn Babec* eos oppressit, atque duas nationes reliquas delevit.

Legi quoque in Historiis, quas tradit *Isa Ibn Daab*, tempestate *Giemsjidi* Regis *Persiae* missum fuisse *Hudum* ad *Aditas*; & *Salichum* ad *Themuditas*: tempestate vero *Afriduni* missum *Abrahamum*, super quo pax sit; tempestate item *Menusjhagri* missum *Mosen*. Horum autem tempore Regem *Jemanae* fuisse *Sjamar Ibn Alumluch*; qui *Menusjagro* obedientiam praestiterit. Ad id exemplum quoque Filium ejus Regem *Persarum* coluisse. Aedificasse eundem Urbem *Dafara* in *Jemana*; atque quicquid *Amalekitarum* esset in *Jemana*, inde expulisse.

Tempore porro *Caikobadi* (Regis *Persarum*) posteros *Kehtani* regnum suum firmius revinxisse in terra *Jemanensi*, atque imperium tradidisse *Abdossjemso* Filio *Jesh-habi*, per *Jaarabum Kehtanidam*. Illumque cum iis per urbes & provincias *Jemanae* progressum, reliquias *Aditarum* in terra persecutum esse; neque quemquam in terra *Jemanensi* ex iis residuum fecisse, quem non captivum duxerit, atque servituti addixerit; indeque appellatum eum *Saba*.

Enimvero nescio quo pacto *Ibn Daab* verset derivetque *Arabica*; nam radix *Saba* qua *captivum ducere* notat, non est *Hamzata*: at *Sabae* nomen *Hamzatum*. Habet interim

ان ظبيا سمي ظبيا لانه اول من طوي المناهل وانا بري من عهدة الكلمتين ۞

واول من ملك من ولد قحطان حمير بن سبا فبقي ملكا حتي مات هرما ۞

وتوارث ولده الملك بعده فلم يعد ملكهم الى اليمن حتي مضت قرون وصار الملك الي الحرث الرايش وهو تبع الاول ۞

فمن ملك اليمن قبل الرايش ملكان ملك بسبا وملك بحضرموت وكان لا يجتمعون اليمانيون كلهم عليهم الي ان ملك الرايش فاجتمعوا عليه وتبعوه فسمي تبعا وكان ملكه مايةً وخمسين سنةً ۞

الحرث الرايش وهو الحرث بن قيس بن صيفي بن سبا الاصغر الحميري وكان الرايش اول من غزاهم فاصاب الغنايم وادخلها ارض اليمن فارتاشت حمير في ايامه وكان هو الذي راشهم فبذلك سمي رايش وبين الرايش وبين حمير خمسة عشر ابا ۞

وفي عصره مات لقمان صاحب لبد والنسور وكان اقصي اثر الرايش في اول غزواته الهند ثم غزا بعد ذلك الترك باذربيجان فقتل المقاتلة وسبي الذرية وكان ملكه ماية وخمسا وعشرين سنة ۞

ثم ملك ابنه ابرهه ذو المنار بن الحرث الرايش وقيل له ذو المنار لانه اول من ضرب المنار

*Ibn Daab* exemplum, quo nitatur: namque dicunt *Tabia* ſic nominatum (forma *Hamzata*) quod primus *Tawa*, radice non *Hamzata* i. e. *oppleverit aquatoria.* Ego neutrius opinionis fidem praeſtare velim.

Primus, qui ex poſteris *Kehtani* abſolute imperavit, eſt *Homeir Ibn Saba*: regnumque continuavit, uſque dum ſenio confectus deceſſit.

Huic haereditario jure Filii alii poſt alios ſucceſſere: nec tamen integrum *Jemanae* regnum obtinuerunt iterum, niſi elapſis aliquot aetatibus, quum tandem rerum potitus fuit *Harith Alrayish*, qui primus *Tobbaa* appellatur. Scilicet ante *Alrayish Jemana* inter duos Reges diviſa fuit; quorum unus in *Sabaeis* regnabat; alter in *Hadramyttenis*: neque *Jemanenſes* omnes ſub unam conceſſere ditionem; donec imperium ſuſcepit *Alrayish.* Huic omnes ſe adjunxerunt, eumque ſecuti ſunt; inde *Tobbaae* nomine inſignitum. Ejus regnum duravit centum & quinquaginta annos.

*Harith Alrayish* hicce, eſt *Harith* Filius *Kis*, qui a *Tſaiphi*, qui a *Saba* minore, ex *Homeiro* oriundus.

Hic primus fuit, qui expeditiones majores ſuſcepit; & ſpolia ampla reportavit; eaque in *Jemanam* revexit: unde diebus ejus *plumis*, ſive *opibus*, aucti *Jemanenſes*, ipſo *plumis* veſtiente eos, *Plumatoris* titulum ei indiderunt. Inter hunc *Alrayish*, & *Homeir*, quindecim numerantur patres.

Hujus tempore defunctus eſt *Locman*, a *Lobado*, ultimo vulturum longaevorum, denominatus. Extremus autem terminus quo *Alrayish* in primis expeditionibus ſuis pertigit, fuit *India.* Poſtmodum invaſit *Turcas* in *Adſerbeigiana*; magnisque ſtragibus inter viros militares datis, progeniem parvulam captivam avexit. Regnavit centum & viginti quinque annos.

Deinde imperavit Filius ejus *Abraha Dſulmenaar Ibn Harith Alrayish.* Appellatus eſt *Dſulmenaar*, (*Dominus Phari*,)

المنار على طرقه وغزواته ليهتدي بها في مرجعه
وكان ملكه ماية وثلثا وثمانين سنة ۞

ثم ملك ابنه افريقس بن ابرهه بن الرايش
فغزا ارض المغرب لقصد البربر وبني بها
مدينة افريقية باسمه وانفذ المغار في تلك
البلاد الى اقاصي العمران وكان ملكه
ماية واربعة وستين سنة ۞

ثم ملك اخوه العبد بن ابرهه ذو
الاذعار وكان غزا بلاد النسناس في
حياة ابيه وكان ملكه خمسا وعشرين
سنة ۞

ثم ملك هداد بن شراحيل وكان والد
بلقيس وكان ملكه خمسا وسبعون سنة ۞

ثم ملكت بلقيس بنت هداد فبقيت
باليمن ملكة عشرين سنة ثم تزوجت
سليمان بن داود فنقلها عن اليمن الى
فلسطين وزعمت حمير ان بلقيس لما ملكت
بنت بينا بارض سبا المسناة المسماة
العرم وخالفهم ساير اليمانيين وزعموا
ان العرم قد كان بناه لقمان بن عاد الاخر
واخربه الدهر ولما ملكت بلقيس رمت
ما استرم منه قالوا وبقي العرم بعد بلقيس
الي ان اخربه سيل العرم وان ذلك كان قبل
حدوث دولة الاسلام باربع ماية سنة ۞

ثم ملك اليمن بعد بلقيس عمها ناشر
ينعم بن شراحيل وسمي ينعم لانعامه على
الناس بالقيام بامر الملك ورده ذلك
بعد زواله وكان ملكه خمسا وثمانين
سنة ۞

ثم

*ri*,) quoniam primus ille *Pharos* conſtruxit in itineribus ſuis, & expeditionibus, ut ad eos dirigeret reditum. Regnum centum & octoginta tres annos poſſedit.

Huic ſucceſſit Filius ejus *Africus Ibn Abraha*, nepos *Alrayishi*. Hic expeditionem ſuſcepit in *Africam*, ad *Barbariam* ſubigendam. Aedificavit ibi urbem *Africam* ſuo de nomine; atque emiſit iis in regionibus excurſiones uſque ad extremas terrae habitabilis oras. Obtinuit regnum centum & ſexaginta quatuor annos.

Hunc excepit Frater ejus *Abd Ibn Abraha*, *Dſuladſaar*, (*Dominus terrorum.*) Hic in terras *Pygmaeorum* infeſta arma intulit, vivente adhuc patre. Regnavit viginti quinque annos.

Imperavit deinde *Haddad Ibn Sjerhabyl.* Is *Belkiſae* fuit pater. Regnum tenuit ſeptuaginta quinque annos.

Ei ſucceſſit *Belkiſa* Filia *Haddadi.* Haec quum viginti annos *Jemanae* Regina praeſediſſet, juncta fuit *Salomoni* Filio *Davidis.* Is eam tranſtulit ex *Jemana* in *Palaeſtinam.* Aſſeverant *Homeiritae*, *Belkiſam* rerum potitam ſtruxiſſe palatium in terra *Sabaea.* Item grande ſeptum aquis receptandis, quod *Alarim* vocitatur. Obloquuntur his reliqui *Jemanenſes*, tenduntque, *Alarim* conſtructum a *Locman* Filio *Aadi* poſterioris, idque vetuſtate temporis dirutum: *Belkiſam* autem imperio admotam ſarſiſſe, quae reſarciri deſiderabant. Addunt iidem, Septum illud duraſſe poſt *Belkiſam* uſque quo *Diluvium Alarim* dictum illud pervaſtarit: atque hoc eveniſſe ante ortum potentiae *Iſlamiticae* quadringentis circiter annis.

Imperium *Jemanae* deinde, poſt *Belkiſam*, habuit patruus ejus *Nasjir-Elniem Ibn Sjerhabyl*; ſic appellatus, quod beneficiis cumularet homines, praeclare adminiſtrando regno, eodemque, poſtquam imminutum eſſet, inſtaurando. Regnavit octoginta quinque annos.

D Hinc

ثم ملك شمر يرعش ابو كرب
بن افريقس بن ابرهه بن الرايش
قالوا وانما سمي يرعش لارتعاش
كان به ورواة اخبار اليمن تفرط في
وصف ثاره فزعموا انه يسمي ذو القرنين
وان هذا اللقب له من دون الاسكندر
الرومي فلما اسندت مغار الاسكندر
بعد مغار شمر غلط رواة الاخبار
في صدر الاسلام بهذا اللقب فعدلوا به
الاسكندر قالوا والدليل علي ذلك
ان ذو كلمة من كلام العرب لا من كلام
الروم وهي مبدا القاب ملوك اليمن وهم
ذو نواس وذو كلاع وذو جدن وذو يزن
وغير ذلك مما ليس هذا موضع ذكره
وانما سموه ذو القرنين بذوابتين تنوسان
علي ظهره ۞

قالوا وتبع من بعد مغاره انه غزا المشرق
يدوخ بلدان خراسان وهدم سور مدينة
الصغد فقيل بعده للمدينة شمركند
اي شمر هدمها ثم عربت الكلمة
فقيل سمرقند ووجد في صحيفة
كتابة بالحميرية ابتداوها بسم الله هذا
ما بناه شمر يرعش لسيدة الشمس وقال
بعض الرواة كان شمر في زمان ملك يستاسف
وزعم اخرون انه كان قبله وان رستم بن دستان
قتله وكان ملكه تسعا وثلثين سنة ۞

ثم ملك بعده ابو مالك ابنه وهو الذي
قال فيه الاعشي

Hinc regnum adeptus *Sjamar Jaraash Abucarb* Filius *Africi*, nepos *Abrahae*, pronepos *Alrayishi*. Narrant, eum nomine *Jaraash* (*Tremuli*) adfectum, ob tremorem corporis, quo laborabat. Enarratores rerum *Jemanensium* modum excedunt in exponendis illius rebus gestis: atque asseverant, hunc esse celebrem illum *Dsulcarnain*, (*Cornigerum*) atque cognomentum illud huic competere, non *Alexandro Graeco*. Factum nempe, ut quum recenserentur expeditiones *Alexandri*, quae *Sjamari* expeditionibus posteriores, enarratores historiarum hallucinati sint in primordio *Islamismi* hoc in titulo, in eumque immiserint *Alexandrum*. Addunt, id vel ex eo comprobari, quod vocula *Dsu* sit mere *Arabica*, non *Graeca*: eaque inchoari solitos titulos Regum *Jemanensium*: ut in *Dsu-Nowas*, & *Dsu-Colaa*; & *Dsu-Giadan*, & *Dsu-Jazan*, aliisque multis, quae hic commemorare nil attinet. Vocitatum autem fuisse *Dsul-carnain* ob geminum cirrum a tergo ejus propendulum.

Narrant, hunc *Tobbaum* post reliquas suas expeditiones in Oriente, subjugasse provincias *Chorasanae*, & destruxisse moenia Metropolis *Sogdianae*; quae ab eo deinde *Shamarchand* sit dicta, hoc est *Shamar destruxit*; quod vocabulum postea *Samarkand* Arabico ore enunciatum. In Aestivario certe urbis illius invenitur inscriptio, *Homeiritica lingua*; cujus initium: *In Nomine Dei, aedificium hocce struxit Shamar Jaraash Domino solis*. Tradunt Historici quidam, *Shamar* huncce aequalem fuisse *Gjustaspis*. Alii opinantur, eum antiquiorem adhuc esse, & a *Rustem Ibn Destan* eum obtruncatum. Regnavit annos septem & triginta.

Rerum summam post eum obtinuit *Abimalech* Filius ejus; quem innuit *Alaasha* hisce:

alip. fu memorat Abulfeda p. 7.

plenius Nuweir: p. 56 in fine.

ss.

alia de morte ejus Nuweirius p. 58.

وحاز النعيم ابو مالك
واي امري لم يخنه الزمن *

وكان ملكه خمسا وخمسين سنة ۞
ثم ملك الاقرن بن ابي مالك وهو تبع الثاني في زمن
بهمن بن اسفنديار بن يستاسف ثلثا وخمسين سنة ۞
ثم ملك ذو حبشان بن الاقرن بن ابي
مالك في زمن دارا بن دارا بن بهمن وفي زمن
من بعده سبعين سنة وهو الذي اوقع بطسم
وجديس باليمامة وذلك قبل ملك الاسكندر
وقد كان بعمان والبحرين واليمامة قيام
كثير من طسم وجديس وغيرهم وكانت لهم اجسام
واحلام وكانوا سبع قبايل كل قبيلة مثل ربيعة
ومضر وهم عاد وثمود وصحار وجاسم ووبار
وطسم وجديس فانقرضوا كلهم الا بقايا من
طسم وجديس غبروا الي زمان ذي حبشان
فاباد هم ذو حبشان وفيهم قال الاعشي

الم تروا ارما وعادا افناهم الليل
والنهار *
وانقرضت بعدهم ثمود بما جني
فيهم قدار *
وجاسم بعدها وطسم قد اوحشت
منهم الديار *
وحل بالحي من جديس يوم من
الشر استطار *
ومر دهر علي صحار وهلكت
حمزة صحار *
ومنعت بعدهم وبار فلا صحار
ولا وبار *

بادوا

*Et possedit quicquid amoenum Abimalich:*
*Sed quis Vir ille, quem non deludat Fortuna?*

Duravit regnum ejus annos quinque & quinquaginta.

Imperavit deinde *Alakran Ibn Abimalich*; qui *Tobbaa* secundus vocatur. Eodem tempore fuit quo *Behman* Filius *Isphendiari*, Nepos *Gjustaspis*; per annos tres & quinquaginta.

Huic successit *Dsu-Habshan Al-Akrani* Filius, Nepos *Abimalichi*; tempestate *Dara* Filii *Dara*, Nepotis *Behmani*; atque etiam aliquanto post; septuaginta annos. Hic est qui *Tasmitas* & *Giadysitas* in *Jemama* obtrivit; idque antequam *Alexander* rerum potiretur. Nempe in provinciis *Omman*, & *Bahrain*, & *Jemama* vis multa *Tasmitarum* & *Giadysitarum* aliorumque viguerat, qui corporibus animisque praepollebant: in totum septem *Tribus*, quarum unaquaeque *Rabiam* & *Modarum* aequabat: *Aad*; *Themud*; *Sachar*; *Giasim*; *Wabar*; *Tasm*; *Giadys*. Has omnes extirpavit, exceptis reliquiis *Tasmitarum* & *Giadysitarum*; qui ad tempora usque *Dsu Habsjan* mansere. Eos *Dsu Habsjan* exterminavit. De iis dixit *Alaasha*.

*An non cernitis Iremum & Aadum noctis ac diei delesse orbem.*
*Et excisos deinceps Themudaeos ob id quod patravit in iis Kadarus.*
*Deincepsque Gjasimitas, ac Tasmitas; quorum desolatae sint sedes.*
*Et descendisse in tribum Giadisi diem malorum scintillatione volitantem.*
*Et obtrivisse Fortunam Sacharitas; ac periisse gentis illius militarem acrimoniam.*
*Moraeque quid indultum dein Wabaritis: sed jam Sacharita & Wabarita nuspiam est.*



De interitu ejus vid. Nuweirium p. 58 in fine.

alia de eo Nuweir. p. 58.

بادوا وخلوا رسوم دار فاستوطنت
بعدهم نزار ❋
كان لهم سودد وحلم ونجدة شاها
وقار ❋
اخنت عليهم صروف دهر له على
اهله عثار ❋

ومن كان من بعد ذي حبشان انما ملكوا في ايام
الاسكندر وهو زمن قصي بن كنانه ۞
ثم ملك تبع بن الاقرن بن شمر يرعش وهو
تبع الاول ماية وثلثا وستين سنة ۞
ثم ملك ابنه ملكيكرب بن تبع خمسا
وثلثين سنة ۞
ثم ملك بعده اسعد ابوكرب وهو تبع
الاوسط وكان شديد الوطاة كثير الغزو
فقتلته حمير وثقل عليهم ما كان
ياخذهم به من الغزو فسالوا ابنه
حسان بن تبع ان يمالئهم على
قتله ويملكونه فتابي عليهم فقتلوه
ثم ندموا واختلفوا فيمن يملكونه من
بعده فاضطرتهم الحاجة الى تمليك ابنه
حسان ويدعي بعض اليمانيين ان تبعا
هذا هو المعني في القران وانه لم يذم فيه
وانما يذم قومه ۞
قالوا وكما كان في الفرس ملوك
يقال لهم الطوايف ممن ولاهم الاسكندر
يقال لهم الاقيال والدوين وكما خرج على
طوايف الفرس اردشير كذلك خرج على طوايف
اليمن المسمين الاقيال والدوين اسعد بن
عمرو وكان ملكه ماية وعشرين سنة ۞

ثم

*Interierunt, vacuaſque reliquerunt ſedes, colonique poſt eos immiſſi Nizaritae.*
*Fuit illis dominatio & clementia & fortitudo mixta gravitate.*
*Sed aboleverunt eos viciſſitudines temporis, quod quidem ſemper infeſtum imminet.*

Qui autem poſt *Dſu Habshan* fuere, regnarunt illi poſt inſtitutam *Alexandri* aeram; quod & tempus eſt *Kotſaji* Filii *Cenarae*.

Regnavit deinde *Tobba* Filius *Alakran*, Nepos *Sjamari Tremuli*: qui eſt *Tobba primus*; per centum & ſexaginta tres annos.

aliter alig. Nuweir: p. 60. quod hic Nuweir: vid. p. 62.

Hunc excepit Filius ejus *Colaicarb Ibn Tobba*: annos triginta quinque.

Poſt hunc imperium tenuit *Aſaad Abu-Carb*, qui eſt *Tobbaa Medius*. Hic vehemente dominatione calcavit ſuos, multuſque fuit in expeditionibus. Occiderunt eum *Homeiritae*; quod expeditionibus, in quas eos cogebat, gravarentur. Rogarant Filium ejus *Haſſan Ibn Tobbaa*, ut conſpiraret cum ipſis in caedem, promiſſo ei Regno. Id magno animo recuſavit. Caedem tamen patrarunt. Dein poenitentes, & diffidentes, quemnam regno imponerent, eo redacti ſunt neceſſitatis, ut Filio ejus *Haſſano* regnum traderent. *Jemanenſes* multi contendunt, hunc eſſe *Tobbaam*, qui intendatur in *Alcorano*: neque enim ille ibi vituperatur; ſed tantum populus ejus.

Simil. Abulfeda p. 11.

Ajunt Hiſtorici quemadmodum in *Perſia* extitere *Reges*, dicti *partium*, ex iis quos *Alexander* praefecerat, qui *Satraparum* nomine affecti: & quemadmodum contra *partes* illas *Perſiae* exiit *Ardsjyr*: conſimiliter adverſus *partes Jemanae* earumque dictos *Satrapas* exiit *Aſaad Ibn Amrou*. Ejus regnum viginti annos duravit.

Im-

ثم ملك ابنه حسان بن تبع وهو الذي
سار الى جديس باليمامة وابادهم ولم
يزل حسان يتتبع قتلة ابيه واحدا بعد
واحد ويقتلهم حتى كرهوه فاتوا اخاه عمرو
بن تبع فبايعوه على قتل اخيه وتمليكه
بعده ما خلا رجلا من اشراف يقال
له ذو رعين فانه نهاه عن قتل
الاخ وحذره سوء العاقبة فلم يقبل
منه وقتل اخاه وكان ملكه سبعين
سنة ۞

ثم ملك عمرو بن تبع فاضطرب
عليه بدنه وتواترت عليه واسقامه
وكان في بيته ابدا على فراشه فاذا رام
البروز ركب النعش وحمل على اكتاف الرجال
فسمي موثبان وذا الاعواد فاما موثبان
فلملازمته الوثاب فهو اسم للفراش بلغة
حمير واما ذا الاعواد فلركوبه النعش
وقد ذكره الاسود بن يعفر في شعره
فقال

ولقد علمت سوى الذي نبأتني
ان السبيل سبيل ذي الاعواد ۞

وقرات في كتاب من كتب اخبار ان ملك
ذي الاعواد كان في زمن سابور بن اردشير
وانه ملك بعد ذي الاعواد الملوك الاربعة واخرهم
الضبعة في زمن هرمز بن سابور وكان
ملكه ثلثا وستين سنة ۞

ثم ملك عبد كلال ابن مثوب وكان
على دين المسيح وكان يسره ولا
يعلنه

Imperavit dein Filius ejus *Haſſan Ibn Tobbaa.* Hic eſt, qui *Giadyſitas* in *Jemana* aggreſſus diſperdidit. Non deſiit quoque *Haſſan* percuſſores patris ſui alios poſt alios exequi, atque necare. Hinc odio ejus concepto acceſſerunt ad Fratrem ejus *Amrou Ibn Tobbaa*; eique jurarunt, ſi Fratrem interfeciſſet, Regnum ſe ei delaturos: uno tamen Viro e Nobiliſſimis eorum excepto; cui *Dſu Rayn* nomen. Ille eum a caede Fratris deterruit, eique metum incuſſit peſſimi eventus. Non admittens tamen commonitionem, Fratrem ſuum interfecit. Regnum tenuerat ſeptuaginta annos.

Imperavit deinde *Amrou Ibn Tobbaa.* Conturbatiſſima hic fuit valetudine corporis, malis morbiſque velut agminatim incumbentibus; ſic ut domi ſe contineret lecto adfixus.

Quum autem egredi cuperet lectica vectus, humeris geſtabatur virorum; hinc *Mautsheban* cognominatus & *Dſulawaad*: & quidem *Mauthſeban* (*Seſſor*,) quod affixus eſſet *Watshab*, quo nomine *Stragulum cui inſidetur* afficit *Dialectus Homeiritica*: *Dſulawaad* (*Dominus lignorum*) autem, quod lectica veheretur. Hujus mentionem facit *Alaswad Ibn Jaafar* in carmine ſuo, quum ait:

> *Et ſane ſcit illa, praeter id quod nunciavit mihi,*
> *Viam hancce, viam eſſe Dſul-awaadi.*

Legi equidem in libro quodam Hiſtorico, regnum *Dſulawaadi* incidiſſe in tempus *Saporis* Filii *Ardsjiri*: atque poſt eundem *Dſil-awaadum* rerum ſimul potitos quatuor Reges, eorumque ſororem *Aldſaga*, aequales fuiſſe *Hormuzo* Filio *Saporis.* Sexaginta tres annos regnum *Dſil-awaadi* duravit.

Imperavit deinde *Abd-Calal Ibn Mathub.* Hic religionem *Chriſti* amplexus fuit; eam tamen occulens; nec pa-

Vid. Nuweirium aliter Nuweir. p. 62. alii, ni fallor, memorat Nuweiri p. 62

بعلته وكان ملكه اربعا وسبعون سنة ۞

ثم ملك تبع بن حسان بن تبع بن كلي كرب بن الاقرن وهو تبع الاصغر اخر التبابعة فملك ابن اخته الحرث بن عمرو بن حجر الكندي علي معد وبعث اليهم وهو صاحب الحيرة وصاحب مكة والمدينة وهو الذي كسا البيت ثم انه انصرف الى اليمن مع الحبريين وتهود ودعا الناس اليه فبذلك دخلت اليهود اليمن وهو الذي عقد الحلف بين اليمن وربيعة وكان ملكه ثمانيا وسبعون سنة ۞

ثم ملك مرثد بن عبد كلال وهو اخو تبع وبعده تفرق ملك حمير وكان ملكه احدى واربعين سنة ۞

ثم ملك وليعة بن مرثد سبعا وثلثين سنة ۞

ثم ملك ابرهة بن الصباح وكان عالما جوادا وكان قد علم ان الملك يصير الى بني معد وكان منهم في قريش وكان يكرم المعديين ۞

وقرات في كتاب من كتب اخبار اليمن ان ابرهة كان في زمن سابور بن هرمز ذي الاكتاف وانه ملك بعد ابرهة صهبان بن محرث في زمن يزدجرد والد بهرام جور وذلك في زمن المنذر بن عمرو اللخمي وان موت المنذر كان بعد موت بهرام بايام وان صهبان بن محرث غبر ملكا علي اليمن طول ايام يزدجرد وابنه بهرام جور وان الملك انتقل من بعده الى صباح

بن

lam profiteri ausus. Res summa penes eum fuit annos quatuor & septuaginta.

Post eum regium culmen tenuit *Tobbäa Hassani* Filius, nepos *Tobbaae*, pronepos *Colaicarbi*, abnepos *Alakrani*. Hic est *Tobbäa* junior, postremus eorum qui isto titulo praefulsere. Is sororis suae Filium *Amrou*, nepotem *Hogjri Candaei* regem imposuit *Maadditis*; exercitu illuc immisso. Idem Dominus fuit *Hirensis* provinciae; dominus quoque *Meccae* & *Medinae*. Hic ille est, qui aedem sacram *Meccae* vestivit. Deinde reversus in *Jemanam* cum duobus Doctoribus *Judaeis*, *Judaismum* suscepit, atque ad communionem ejus homines vocavit. Hac occasione *Judaei* in *Jemanam* penetrarunt. Hic quoque ille est, qui foederationem adstrinxit inter *Jemanenses*, & *Rabyitas*. Regnavit octo & septuaginta annos.

Regnum dein suscepit *Morthid* Filius *Abd-Celali*: qui Frater erat *Tobbaae*. Post hunc regnum *Homeiritarum* scissum fuit. Rerum potitus est annos unum & quadraginta.

Hunc in regno secutus *Walijaa* Filius *Morthedi*: per annos septem & triginta.

Imperium deinde tenuit *Abraha* Filius *Alsabachi*. Hic eruditus fuit, & liberalis: quumque praesagiret regnum devolvendum esse ad *Mäadditas*, in iisque ad *Koreischitas*, eos eximie honoravit.

Legi autem in libro quodam *Historias Jemanae* complexo, huncce *Abraha* extitisse tempestate *Saporis* Filii *Hormuzi Dsil-ectaf*. Post *Abraha* vero regnasse *Sebban* Filium *Mohrithi* tempore *Jezdegierdi*, Genitoris *Behram Gjauri*: qua aetate & *Almondir Ibn Amrou Lachmensis* floruerit: atque hunc *Almundirum* obiisse paucis post *Behramum* diebus: *Sebbanum* autem *Mohrithi* Filium praesedisse *Jemanae* omnibus diebus *Jezdegierdi* & Filii ejus *Behram Giauri*. Post eum deinceps regnum translatum esse ad *Sabachum*

بن ابرهه بن صباح في زمن يزدجرد بن بهرام
جور وانهما ملكا في عصر واحد خمس
عشرة سنة ۞

ثم ملك حسان بن عمرو بن تبع وهو الذي
اتاه خالد بن جعفر بن كلاب في اساري
قومه فاطلقهم له فمدحه خالد بن جعفر
وكان ملكه سبعا وخمسين سنة ۞

ثم ملك بعده ذو شناتر ولم يكن من اهل بيت
الملك وكان فظا غليظ القلب قتالا لا يسمع
بغلام نشا من الملوك الا بعث اليه واحضره ونكحه
وكانت السنة فيهم ان من ينكح الغلمان
لا يملك ثم انه بعث الى غلام منهم يقال له
ذو نواس وكانت له ذوابتين تنوسان على
عاتقيه وبهم سمي ذا نواس فادخل عليه
ومعه سكين لطيف فلما ادنا منه لالتماس
الفاحشة شق بطنه واحتز راسه وجعلها
في شباك القصر المشرف وفي فيه
السواك الذي جعله ذو الشناتر علامة
لقضاء الارب من اولاد الملوك ثم نزل
ذو نواس واخبرهم بما فعل وكانت
النفوس منه في ضيق وسامة فسروا
وحمدوا رجولية ذي نواس فاختاروه
للملك حيث اراحهم من ذلك الخبيث
وكان ملكه سبعا وعشرين سنة ۞

ثم ملك بعده ذو نواس في زمن فيروز
بن يزدجرد وعصر قصي بن كلاب وذو
نواس هو صاحب الاخدود والداعي باليمن
الى التهود وكان نزل بيثرب مجتازا بها
فاعجبته اليهودية فتهود وحملته يهود

Filium *Abrahae*, Nepotem *Sabachi*, tempore *Jezdegierdi* II, Filii *Behram Giauri*: ambosque hos Reges uno tempore floruisse quindecim spatio annorum.

Dehinc regnum accepit *Hassan* Filius *Amrou*, Nepos *Tobbaae*. Hic est ille, ad quem venit *Chalid Giaafari* Filius, *Celabi* Nepos, cum captivis gentis suae; & a quo publice laudatus fuit, quum eos in gratiam ejus dimisisset. Septem & quinquaginta annos regnando complevit.

Post hunc Regem egit *Dsu Sjanathir*. Hic e regia prosapia non oriundus, immanis, durus corde, ac cædibus grassans; nunquam audiebat ullius adolescentis regii pulchre succrescentis mentionem injici, quin continuo eum arcesseret, adductumque ad se construpraret. Jam vero Lex erat inter *Jemanenses*, ut qui stuprum in pueros commisisset, regnare non sineretur. Tandem evocavit ad se regium puerum, cui *Dsu Nowas*, *Dominus cincinni*, nomen, ob geminum cincinnum qui per humeros ejus fluctuabat Quum ad eum introduceretur, cultellum subtilem secum tulit. Accedenti tum propius, & libidinose attrectanti, ventrem diffindit. Caput praesectum locat in fenestra cancellata palatii superioris, frictorio dentium ori indito. Hoc indicium esse voluerat *Dsu Shanathir* expletae in pueros Regios libidinis. Deinde descendit *Dsunowas*; iisque quid patrasset indicavit. Tum angore ac taedio oppressi animi hilarati sunt; atque collaudata strenuitate *Dsinowasi* Regem eum elegerunt; quando respirare ipsis dedisset a foedo illo monstro. Regnum annos septem & viginti protraxit.

Post hunc imperavit *Dsunowas*; tempestate *Phiruzi*, Filii *Jezdegierdi* II, aetate item *Kosaiji* Filii *Celabi*. Est autem *Dsunowasus* celebris ille *Dominus fossae* (in *Alcorano* memoratus) quique in *Jemanensi* regione homines ad *Judaicam* religionem compulit. Nempe descenderat *Jathrippam*, (*Medinam* postea

يثرب علي غزو نجران لامتحان من بها
من النصاري وقد كانوا اخذوا النصرانية
عن رجل توجه اليهم من ال جفنة
ملوك الشام فسار اليهم من هناك
وعرضهم علي اخاديد احتفرها في الارض
وضرمها نيرانا فكان يغرق فيها من اقام
علي النصرانية فاتي بهذا الصنيع علي
خلق كثير منهم وعدل منها الي دار
المملكة باليمن ۞

ثم ان رجلا من اليمن يقال له ذو ثعلبان
عبر البحر الي ملك الحبشة وكان
يدين بالنصرانية فرفع اليه الخبر بما
ارتكبه ذو نواس من النصاري وكاتب ملك
الحبشة بذلك قيصر ملك الروم واستاذنه
في ان يجهز خيلا الي اليمن وامره ان
يخلف ذا ثعلبان علي مملكته ويخرج
بمن معه الي اليمن فيقيم يوما فقصد
ملك الحبشة اليمن وسبعين الفا فانهزم
ذو نواس من بين يديه فبعث الطلب
في اثره فمر صعدا حتي انتهي
الى البحر فاقتحمه وكان اخر العهد به
وكان ملكه عشرين سنة ۞

فقام ذو جدن مكانه وهزموه ايضا
وتبعوه فالتجا الي البحر واقتحمه وكان
ملك ذي يزن وذي جدن ما نيفا وستين
سنة ۞

فجميع من ملك اليمن من ملوك حمير
ستة وعشرون ملكا في مدة الفي
وعشرين سنة ۞

ثم

dictam) quum illac iter haberet, eique arriserat *Judaismus*; quem & suscepit. Tum instigarunt eum *Judaei Jathrippenses*, ut bello aggrederetur *Negranensem* civitatem, atque *Christianos* vexaret, qui sedem ibi habebant. Hi *Christianam* fidem acceperant a viro quodam ad eos submisso ex gente *Giafnidarum*, Regum *Syriae*. Illos itaque illinc invasit; eosque objecit foveis, quas in terra effossas largo igne succendit. In has detrusit, qui in *Christianismo* perseverarent. Invento hocce ingentem *Christianorum* numerum absumsit. Inde ad sedem Regni in *Jemana* regressus est.

Inter hæc *Jemanensium* aliquis, qui dicebatur *Dsu Thaaleban*, mare transfretavit ad Regem *Habassinorum*, qui fidem quoque *Christi* profitebatur. Ad hunc querelas ea super re detulit; & quid in *Christianos* patrasset *Dsunowasus* exposuit. Rex *Habassinorum* per literas negotium cum *Caesare Romanis imperitante* communicat: & veniam sibi dari petit, ad exercitum in *Jemanam* immittendum. Jussit ille, ut *Dsa-Thalebaanum* in regno suo vicarium relinqueret; atque ipse cum copiis suis *Jemanam* versus contenderet. Die tantum interposito Rex *Habassinorum* in *Jemanam* properat cum septuaginta mille viris. Funditur fugaturque *Dsu-Nowasus*. Missi qui vestigia ejus persequerentur. Ille celsa scandens perrexit ad mare usque, atque semet in illud praecipitem dedit. Extremus fuit *Jemanensium* Imperatorum. Regnum viginti annos tenuit.

In ejus locum surrexit *Dsu Gjadan*. Sed & hunc fractum, in fugamque compulsum, insecuti *Habessini*. Ad mare & is fugiendo delatus, illuc se praecipitem abjecit. Regnum penes *Dsi Jazan* & *Dsi Gjadan* circiter sexaginta annos (utcumque) remansit.

Eorum qui ex *Homeiri* familia sceptrum tenuere, in *Jemana*, sex & viginti recensentur Reges; & quidem spatio bis mille annorum; & viginti.

conf. Abulfeda p. 13.

Dein-

ثم ملك بعدهم من الحبشة ثلثة نفر ومن الفرس ثمنية نفر ۞

ثم انتقل الملك الي قريش ۞

وليس في جميع التواريخ تاريخ اسقم ولا اشد حالة من تاريخ ملوك حمير لما قد ذكر فيه من كثرة عدد سني من ملك منهم مع قلة عدد ملوكهم ۞

ثم ملك اليمن ابرهه الحبشي وصاحب الفيل الذي صار كيده في تضليل وفي زمن ملكه كان ميلاد النبي صلي الله عليه وعلي اله وسلم ۞

ثم ملك بعده ابنه يكسوم بن ابرهة وسار بسيرة الحبشة باليمن وتفاقم الامر فيه ۞

ثم ملك بعده مسروق فخرج سيف بن ذي يزن مستغيثا بملك الفرس حتي اتي العراق ۞

وقد اختلف رواة الاخبار في مدة لبث الحبشة باليمن اختلافا متفاوتا والذي اريد حكايته اصبته في كتاب من كتب الفتوح زعموا ان غلبة الحبشة علي اليمن كانت في زمان قباذ بن فيروز ثم كان خروج سيف بن ذي يزن الي العراق للاستجاشة على الحبشة في ملك كسري بن قباذ فملكت الحبشة اليمن اثنتين وسبعين سنة من ذلك ملك ارياط عشرون سنة وملك ابرهه قاتل ارياط ثلث وعشرين سنة وملك يكسوم سبع عشرة سنة وملك مسروق اثنتي عشرة سنة ۞

وكان قدوم وهرز اليمن بعد حرب الفجار بعشر سنين وقبل بنيان الكعبة بخمس سنين والنبي صلى

الله

Poſt eos rerum potiti ex *Habeſſinis* quidem tres perſonae; ex *Perſis* autem octo.

*aliter Abulfeda p. 13.*

Deinceps tranſlatum fuit Imperium ad *Koreiſchitas*.

Ceterum in omnibus Chronicis gentium nullum eſt, quod magis laboret, atque moleſtiam ſimul faceſſat, quam Chronicon Regum *Homeiridàrum*; ob id quod proditur ibi cum de longa annorum ſerie, qua regnatum ſit ab iis, tum de exiguo Regum numero.

*similia Abulfeda p. 11.*

*AEthiopem priorem* in *Jemana* excepit *Abraha Habaſſinus*; qui & *Dominus Elephanti* dictus. Hic *machinatione ſua ſibimet perniciem ſtruxit.* Eo regnante natus eſt Propheta omnibus benedictionibus una cum familia ſua in perpetuum cumulandus.

*desunt haec ni fallor in textu Arab. ex Abulfeda f. suppleta.*

Huic in regno ſucceſſit Filius ejus *Jecſoum Ibn Abraha.* Eadem tyrannidis via, qua deceſſores, uſus eſt: atque ita ſtatus rerum foediſſime deformatus.

Poſt hunc praefuit *Maſrouk.* (Frater ejus.) Egreſſus tum *Seiphus* Filius *Dſi Jazan*, ad opem a Rege *Perſarum* implorandam, in *Irakam* contendit.

*conf. Abulfed. p. 13.*

Diſſentiunt autem Auctores Hiſtoriarum de tempore quo *Habaſſini* in *Jemana* morati, diſſenſione differentiam quandam calculi adferente. Quod mihi enarrare viſum, repperi in Libro quodam ex iis qui de *Expugnationibus* tractant: (ubi ita exſtat.) *Aſſeverant ſubjugatam ab Habaſſiis Jemanam tempore Kobadi Filii Phiruzi. Egreſſus deinde Seiphi Filii Dſi Jazan in Irakam, ad auxilia excitanda adverſus Habaſſinos, contigit ſub Regno Coſrois Filii Kobadi. Regnarunt autem Habaſſini in Jemanam duos & ſeptuaginta annos. Ex iis Arnat viginti annos complevit. Abraha percuſſor Arnati annos tres & viginti. Jecſoum annos ſeptendecim. Meſruk denique duodecim annos.*

Porro ad adventum *Webrazi* (ducis *Perſarum*) in *Jemanam*, poſt *bellum ſceleratum* decem numerantur anni. I-

F dem

الله عليه وعلى اله وسلم ان ذاك ثلثون سنة لان ميلاده
كان بعد الفيل بخمسة وخمسين يوما في سنة احدى
واربعين من ملك كسري بن قباذ انوشروان
فلما مضي عن ملك كسري ابرويز تسع
عشرة سنة كتب اليه عامله علي اليمن
باذان بانه قد ظهر في جبال تهامة
داعية خفي امره وقليل شيعته قد وترته
العرب ونصبت له الحروب الا اليسير ممن
اجابه وتبعه ثم كانت الهجرة بعد ذلك
عند ما مضي من ملك ابرويز اثنتان
وثلثون سنة ثم كاتب النبي صلعم
ابرويز وبعث اليه بعبد الله بن
حذيفة السهمي عند ما مضي من
ملكه ثمان وثلثون سنة وفي هذه
السنة هلك كسري وعاش النبي
صلعم بعد ذلك اربع سنين ثم قبض
النبي في الشهر الذي ملك فيه يزدجرد
بن شهريار بن كسري ۞

فاقام سيف بن ذي يزن ملكا علي اليمن
من قبل كسري انوشروان ووهرز معه وقد
كان اتخذ بقايا من اوليك الحبشة خدما
فخلوا به يوما في متصيد له فزرقوه بحرابهم
فقتلوه وهربوا في رووس الجبال وانقضي
ملك حمير فصارت اليمن بايدي ملوك
كانوا اعمال ملوك الفرس فدخل زمان
الهجرة وباذان عامل ابرويز عليها ومعه
قايدان من قواد ابرويز يقال لهما فيروز
وداذويه فاسلموا ۞

واما وهرز واسمه خرزاد بن نرسي ووهرز
اسم

dem adventus instaurationem *Caabae* quinque annos antecessit: quum Propheta benedictione omni cum familia prosequendus annum ageret tricesimum. Scilicet Ejus natalia incidunt in diem quintum & quinquagesimum, a *clade Elephanti*, anno primo & quadragesimo regni *Cosrois Anusjirwani*, Filii *Kobadi*. Quum autem elapsi essent de regno *Cosroïs Aperwizi* novendecim anni, scripsit ad eum ejus super *Jemanam* praefectus *Badsanus*, exortum esse in montibus *Tehamae* qui sibi *Prophetiam* arrogaret; cujus ut obscurum negotium, ita perpauci essent sectatores; quippe in quem & odia gentis, & bella forent erecta; excepta pusilla manu eorum, qui fidem ei & obsequium praestarent. Deinde *Hegira* incidit post lapsos de *Aperwizi* regno annos duos & triginta. Postmodum literas misit Propheta ad *Aperwizum*, ad eumque legavit *Abd-allam* Filium *Hadifae Sahmitae*, octo jam & triginta annis regni ejus praeterlapsis. Hoc ipso autem anno periit Rex ille *Persarum*; eique Propheta noster quadriennium supervixit: qui & ipse tandem decessit illo mense quo Rex declaratus fuit *Jezdegierd* III. Filius *Shahriari*, Nepos *Cosrois Aperwizi*.

Natalia Muhammedis.

De cetero *Seiphus* Filius *Dsi Jazan* Regno *Jemanensi* praepositus a parte *Cosroïs Anusjirwani*, adjutore *Webrazo*, ex residuis *Habassinorum* multos satellitio suo aggregarat. Hi vacuum nacti diem, venationi cum maxime intentum hastulis suis obruunt, conficiuntque. In cacumina montium dein fuga se subducunt. Sic abruptum denuo Regnum *Homeiriticum*: & *Jemana* talibus tradita Regibus, qui praefecti tantum forent Regum *Persiae*. Ab *Hegira* quum numerari coeptum, nomine *Aperwizi* praesidebat ei *Badsan*, cui adjuncti erant alii duo duces *Aperviziani*; qui vocabantur *Phiruz* & *Dadouja*. Hi *Muhammedis* fidem amplexi.

Abulfeda p. 15

Quod ad *Webrazum* speciatim attinet, ejus verum no-

اسم مرتبة من مراتب كبار الناس
وجري علي يده فتح بلدان اليمن
وارتجاعها من الحبشة وقتل ثلثين الفا
منهم بستماية رجل فصار ملك
اليمن بعد هلاك سيف بن ذي يزن الي وهرز
ثم الى فابسجان ثم الي حرزادا بيشهر ثم
الى انوسجان ثم الى مرزبان ثم الى باذان بن
ساقبان وكان المتولي باليمن من قبل
كسري ابرويز وفي ايامه كانت غزوات
النبي صلعم لقتل العرب ۞

ثم ملك اليمن داذويه وكانت امة
اخت باذان وداذويه هو قاتل الكذاب
العبسي مع فيروز الديلمي في ايام ابي
بكر ۞

فهولاء ثمانية نفر من الفرس ملكوا اليمن بعد
تصرم الملك عن حمير وكان اولهم وهرز
واخرهم داذويه ومن داذويه تسلمت قريش ملك
اليمن واعقاب هولا الملوك الثمانية باقون
ببلدان ومخاليف اليمن الي الان ۞




men *Horzad Narſae* Filius. Nempe *Webraz* eſt ex iis titulis, quibus eminentior aliquis gradus deſignatur. Hujus opera expugnatae ſunt provinciae *Jemanenſes*, atque ab *Habaſſinis* in libertatem vindicatae; triginta millibus eorundem exigua manu ſexcentorum hominum deletis. Ergo Regnum *Jemanae* poſt exitium *Seiphi*, Filii *Dſi Jazani*, delatum ad *Webraz*; deinde ad *Fliſigian*; inde ad *Horzad Jeshbar*; porro ad *Anuſigian*: tum ad *Merzaban*: inde ad Filium ejus *Horheſra*; deinceps ad *Badſan* Filium *Sakiban*, qui *Coſroïs Apervizi* nomine *Jemanam* adminiſtravit. In ejus tempora incidunt expeditiones *Prophetae*, ad *Arabes* bello ſubigendos.

Dein *Jemanae* praeſedit *Dadouja*. Ejus mater ſoror erat *Badſani*. Hicce *Dadouja* is eſt, qui *Pſeudoprophetam Abhaſaeum* interfecit, adjutore *Phirouzo Deilemita* in diebus *Abi-becri Chaliphae*.

Octo hi viri ex *Perſis* imperarunt in *Jemana*, poſtquam Regnum ab *Homeiritis* penitus revulſum eſſet. Horum primus *Webrazus*, poſtremus extitit *Dadouja*. A *Dadouja* regnum *Jemanenſe* recepere *Koreishitae*. Veſtigia quaedam horum octo Regulorum in Civitatibus & provinciis *Jemanae* manent ad haec uſque tempora.





# HISTORIA
## IMPERII VETUSTISSIMI
# JOCTANIDARUM
## IN
# ARABIA FELICE,
## EX
## NUWEIRIO.

# اخبار ملوك العرب

## وخصوصا ملوك قحطان

## ويتصل بهذا الباب

## خبر سيل العرم

قال المورخون لم يكن العرب ملك حقيق وانما كان من ملك حمير في بلاد اليمن سمي ملكا ۞ وقد كانوا في بعض الاوقات يخرجون من بلادهم ويسيحون في الارض حتى بلغوا اقصى المغرب وبلغوا من حدود المشرق سمرقند وبلغوا باب الابواب ودخلوا بلاد الهند ولم يستقروا في غير بلادهم فلا يعد ذلك ملكا وانما هو غارة ۞

واول ملوك قحطان عبد شمس وهو سبا بن يشجب بن يعرب بن قحطان بن غابر بن سالخ بن ارفخشد بن سام بن نوح ۞

وانما سمي سبا لانه اول من ادخل بلاد اليمن السبي ۞ قال عبد الملك بن عبدون في كتاب المترجم بجماعة الزهر وصدفة الدرر ان عبد شمس هذا ملك اربعماية سنة واربع وثمانين سنة ۞

قال

# HISTORIA REGUM ARABIAE: ET PRAESERTIM REGUM JOCTANIDARUM.

## ACCEDIT HISTORIA DILUVII SABAEI.

Tradunt Hiſtoriarum conditores, veri nominis Regem inter *Arabes* non fuiſſe: niſi quod qui *Homeiritis* in *Jemanae* regionibus imperarunt, Regia fulſerint majeſtate.

Hi antiquitus e terris ſuis ſoliti exire, orbem armis peragrarunt, ad extremum uſque occidentem evecti. Ab orientis item finibus *Samarcandam* uſque & *portas Caſpias* pervecti ſunt; quin & in regiones *Indicas* ſeſe penetrarunt. Sedem tamen alienis in terris nunquam fixerunt; ac propterea non cenſetur hoc Regnum, ſed tantum excurſio.

Primus Regum *Kehtanidarum* fuit *Abdoſsjems*; is eſt *Saba* Filius *Jeshbabi*, Nepos *Jaarabi*, pronepos *Kehtani*; qui Filius erat *Heberi*, & is *Salechi*; & is *Arphachsjadi*; is vero *Semi*; iſque *Noachi*.

Huic *Sabae* nomen inditum, quod primus in regiones *Jemanae* captivos invexerit. Auctor eſt *Abdolmelich Ibn Abdoun* in Libro qui inſcriptus, *Commentarius in collectionem Florum & Concham margaritarum*, huncce *Abdoſsjemſum* regnaſſe quadringentos & octoginta quatuor annos.



Idem

قال وقد اختلف في اول من ملك
فقيل يعرب بن قحطان قال وهو اول
من نطق بالعربية واول من حياه
ولده بتحية الملك ابيت اللعن
وانعم صباحا والاشهر ان عبد
شمس سبا اول ملوكهم والله تعالى
اعلم ۞

ثم ملك بعده ابنه حمير بن سبا قال
وكان اشجع الناس في وقته وافرسهم
واجملهم وقيل انه سمي حمير لكثرة لباسه
الاحمر من الثياب وكان يلقب بالعرنجج
وهو اول من وضع تاج الذهب على راسه من
ملوك اليمن وكان ملكه خمسين سنة وذلك
في عصر قيدار بن اسماعيل بن ابراهيم
عليهما الصلاة والسلام ۞

ثم ملك بعده اخوه كهلان ابن سبا فكان
ملكه الى ان مات ثلثماية سنة ۞

واختلف في من ملك بعده فقيل ملك
بعده ابو مالك بن عسكر بن سبا
فكان ملكه ثلثماية سنة وقيل ملك
بعده كهلان الرايش وهو الحارث
بن شداد وكان الحارث اول من غزا
منهم واصاب الغنايم وادخلها اليمن
وبين حمير وبينه خمسة عشر ابا
وسمي الرايش لانه ادخل الغنايم والاموال
والسبي ببلاد اليمن فراش الناس وفي
عصره مات لقمان النسور ۞

قال وذكر الرايش هذا نبينا محمدا صلعم
في شعره فقال في قصيدة

يملك

Idem ait variari ſententiis circa eum, qui primus regnum obtinuerit: namque eſſe qui *Jaarabum* Filium *Kehtani* velint. Addit, hunc primum eſſe, qui *Arabice* locutus ſit; primum quoque, cui progenies ſua ſolenniter acclamarit *vivat Rex*; & *Emineas ſupra maledictionem*; & *Fauſta tibi luceat aurora.* Maxime tamen percrebuit, *Abdoſsjemſum Sabam* primum eorum Regem numerandum. Solus Deus quid verius ſit novit.

Imperium deinde accepit Filius ejus *Homeir Ibn Saba.* Addit idem auctor, eum ſui temporis fuiſſe ſtrenuiſſimum, equitandi peritiſſimum; ac forma praecellentiſſimum. *Homeirum* (*Rubellum*) eum appellatum refertur, quod frequentiſſime rubris veſtibus uteretur. Cognominatus idem Arangigius. Hic primus Regum *Jemanenſium* coronam auream capiti impoſuit. Regnum ejus quinquaginta annos duravit: idque aetate *Kaidari*, Filii *Iſmaëlis*, Nepotis *Abrahami*, qui pace cumulentur.

Poſt hunc regnavit Frater ejus *Cahlan Ibn Saba*; qui regnando, uſque dum decederet, trecentos annos implevit.

De hujus ſucceſſore variatur. Sunt qui dicant poſt eum rerum potitum *Abu-Malichum* Filium *Aſcari*, Nepotem *Sabae*; & quidem ſpatio trecentorum annorum. Ab aliis refertur Regnum excepiſſe *Cahlan Alrajish*, (*Ditatorem*) qui eſt *Harith Ibn Sjeddad.* Hic *Harithus* primus ex iis eſt, qui expeditiones majores ſuſcepit, praedaſque convexit, atque eas in *Jemanam* invexit. Inter *Homeirum* & huncce quindecim extitere patres. Appellatus eſt *Alraijish* (*Ditator*) quod praedis, opibus, captivis, in regiones *Jemanae* invectatis, homines ditarit. Ejus tempeſtate mortem oppetiit *Lokmanus* a vulturibus nobilitatus.

Refertur *Rajishum* huncce mentionem feciſſe prophetae noſtri *Muhammedis* benedictionibus cumulandi, atque in carmine quodam ſuo ita ceciniſſe:

ويملك بعدهم رجل عظيم
نبي لا يرخص في الحرام *
يسمى احمدا يا ليت اني
اعمر بعد مخرجه بعام *

قال وكان ملكه ماية وخمسة وعشرين سنة هكذا انقل عبد الملك بن عبدون وذكر الخلاف في ابي مالك الرايش على ما ذكرناه واما غيره فانه لم يذكر كهلان بن سبا ولا ابا مالك بل قال ان حمير عهد الى ابنه المالطاط بن عمرو بن حمير ۞

قال وفي ايامه انقرض صحار وجاسم بن دارم وبادوا ۞

قال ثم ملك بعده ابنه ابرهه ويقال ذو المنار قالوا سمي بذلك لانه اول من اقام المنار في مغازيه على الطريق وذلك انه اوغل في بلاد المغرب والسودان فاتخذها ليهتدي بذلك في قفوله وكان ملكه ماية وثلثين سنة وقيل ماية وثلاثا وثمانين سنة هكذا ذكر ابن قتيبه في كتاب المعارف ان الذي ملك بعد الرايش ابرهه وقال المسعودي ان الذي ملك بعد الرايش حبار بن غالب بن زيد بن كهلان وقال ان ملكه كان ماية وعشرين سنة والله اعلم ۞

ثم ملك بعد ابرهه على ما ذكر ابن حمدون في تذكرته ابنه افريقوس وهو ذو الاذعار قال سمي بذلك لانه خرج نحو بلاد المغرب واوقع بقوم لهم خلق منكرة فاذعر الناس منهم وفرقوا قال ابن حمدون وغزا افريقوس ببلاد المغرب حتى اتى طنجة ونقل البربر من ارض فلسطين ومصر

*Regnabitque poſt eos vir magnus, Propheta, non commune*
*redditurus ſeptum ſacratiſſimum.*
*Is vocabitur Ahmed: o utinam ego viverem poſt exortum*
*ejus vel anno.*

Tradit idem, Ejus regnum duraſſe centum & viginti quinque annos. Sic memoriae prodidit *Abdolmalich Ibn Abdoun*, atque de *Abimalich Alrajish* diverſum ab aliis narrat, ut memoravimus. Ceteri non meminere nec *Cahlan Ibn Saba*, nec *Abilmalichi*, ſed dicunt *Homeirum* ſucceſſorem deſignaſſe Filium ſuum *Álmaltat* Filium *Amrou*, Nepotem *Homeiri*.

Refert porro, hujus tempeſtate internecione deletos *Sacharitas* & *Gjaſimitas*, *Daramo* oriundos.

Deinde regnaſſe ait Filium ejus *Abraha*, qui cognominatus *Dſulmenar* (Dominus *Phari*). Hunc ita appellatum tradunt, quod primus conſtituerit *pharos* in itinere pro expeditionibus ſuis. Nempe in *Africae* regiones, & *Nigritas* ſeſe penetrans hicce, luminaria illa ſibi parabat, ut ad ea reditum ſuum dirigeret. Regnum tenuit centum & triginta annos. Alii volunt, centum octoginta tres annos. Sic prodidit *Ibn Katiba* in *Libro notitiarum*, eum qui poſt *Alrajishum* imperavit, fuiſſe *Abraha*. At *Meſoudius* auctor eſt, poſt *Alrajishum* regnaſſe *Hajarum* Filium *Galibi*, qui *Zeidi* filius, ut is *Cahlani*. Addit, regnum ejus duraſſe centum & viginti annos. Deus hoc optime novit.

Deinde regnavit poſt *Abraha*, ut *Ibn Hamedoun* in *memoriis ſuis* retulit, Filius ejus *Africus*, quem & *Dſuladſaar*, (Dominum *terrorum*) vult appellatum, quod regiones *Africanas* ingreſſus, impreſſionem dederit in gentem formae abſurdiſſimae, unde milites ejus terrore concepto receſſerint. Narrat idem *Ibn Hamedoun*, *Africum* huncce excurſione ſua per *Africanas* regiones pervaſiſſe *Tangiam*

 uſque;

ومصر والساحل الى مساكنهم ببلاد
المغرب وكان البربر بقية من قتل
يوشع بن نون قال وافريقوس هو الذي بني
افريقية وبه سميت ۞

ثم ملك بعده ابنه العبدر وتلقب ذو
الشناتر وهي الاصابع في لغة حمير قال
وخرج نحو العراق فاحتضر في طريقه
هكذا ذكر ابن حمدون ۞

وقال عبد الملك ان الذي ملك بعد افريقس
اخوه العبد بن ابرهه قال وهو ذو الاذعار سمي
بذالك لانه كان فيما ذكر اهل الاخبار
غزا بلاد النسناس فقتل منهم مقتلة
عظيمة ورجع الى اليمن من سبيهم بقوم
وجوههم في صدورهم فذعر الناس منهم فسمي
بذي الاذعار وكان ملكه خمسا وعشرين
سنة وقد قدمنا ان ذا الاذعار هو افريقس
والله اعلم ۞

ثم ملك بعده الهدهاد بن عمرو بن شرحبيل
هكذا قال ابن حمدون والمسعودي الا ان المسعودي
لم يذكر عمروا وقال الهدهاد بن شرحبيل
وسماه ابن قتيبة هودا ابن شرحبيل بن
عمرو بن الرايش وهو ابو بلقيس صاحبة
سليمان عليه السلام والصلاة وكانت مدة
ملكه عشرين سنة وقيل سبعة وقيل سنة
وقد قدمنا خبر بلقيس وانها ابنة ذي
اسرج وان والدها لم يكن ملكا وانما كان
وزير لملك حمير وهو شراحي الحميري والله تع اعلم ۞

واختلف فيمن ملك بعد الهدهاد وقال
المسعودي تبع الاول وكان ملكه اربعماية
سنة

usque; atque transportasse *Barbaros* e terra *Palaestina*, & *Ægypto*, & tractu maritimo, ad sedes eorum in terram *Africae.* Erant autem hi *Barbari* reliquiae eorum, quos profligaverat *Josua* Filius *Nun.* Addit, *Africum* hunc, eum esse qui condiderit *Africam*; ab eo denominatam.

Post eum porro imperavit Filius ejus *Alphaidar* cognomento *Dsulshanathir* (*Dominus digitorum.*) *Dialecto* enim *Homeiritica* digiti sic vocitantur. Hunc egressum ait *Irakam* versus, atque fato oppressum in itinere suo. Sic quidem *Ibn Hamedoun.*

Ast *Abdolmalich* refert, eum qui *Africum* in regno excepit, fuisse fratrem ejus *Alabd* Filium *Abrahae*, atque hunc esse *Dsuladsaar*, (*Dominum terrorum*,) sic appellatum, quod, ut narrant Historici, invasione facta in terras *Pygmaeorum*, & multa eorum strage edita, in *Jemanam* cum captivis eorundem reversus esset, quibus frontes in pectoribus: indeque conterritis hominibus, id nominis ei inditum. Regno ejus assignantur quinque & viginti anni. Sed nos ante jam diximus *Dsuladsaarum* potius esse *Africum*. Res soli Deo nota.

Post hunc regnavit *Alhadhad* Filius *Amrou*, qui *Sjerhabyli* filius. Sic *Ibn Hamedoun*, & *Mesoudius*, tradunt; nisi quod *Mesoudius* omisso *Amrou* ponat *Alhadhad* Filium *Sherhabili.* Hunc *Ibn Katiba* vocat *Houda* Filium *Sherhabili*, Nepotem *Amrou*, pronepotem *Alrajishi.* Hic pater fuit *Belkisae* uxoris *Salomonis*, super quo pax sit & fausta comprecatio. Regnum tenuit annos viginti; quamvis alii septem velint, alii unum annum. Nos historiam *Belkisae* ante executi, diximus eam Filiam fuisse *Dsi-Asrogi*; ejusque patrem non Regem fuisse, sed *Vezirium* Regis *Homeiritarum*, *Sjerahi Homeiritae* videlicet. Et hoc soli Deo notum.

vid. Hamza p. 25.

Dissentitur autem circa eum, qui post *Alhadhadum* regnarit. *Mesoudius* dicit, *Tobbaa primum*; ejusque imperio qua-

سنة وقال ابن قتيبة ملك بعد الهدهاد ابنته
بالقيس وهي صاحبة سليمان بن داود عليهما
الصلاة والسلام وكان ملكها مائة وعشرين سنة
وقد اتينا على اخبارها فيما سلف من هذا الكتاب
في قصة سليمان عليه السلام ۞

ثم ملك بعدها يساسين بن عمرو بن
شرحبيل وهو ناشر النعم قالوا سمي بذلك
لانعامه على العرب وكان شديد السلطان
وسار غازيا واوغل في بلاد المغرب حتي بلغ وادي
الرمل ولم يبلغه احد قبله وهو رمل جار ولم
يجد وراء ذلك مجازا لكثرة الرمل وجريانه فبينما
هو مقيم اذ انكشف الرمل فامر بعض اهل
بيته ان يعبر هو واصحابه فعبروا فلم يعودوا اليه
وهلكوا عن اخرهم فامر بصنم من نحاس فنصب
على صخرة على شفير الوادي وكتب على
صدره بقلم المسند هذا الصنم لناشر
النعم الحميري ليس وراه مذهب ولا يتكلفن
احد ذالك فيهلك ۞

فرجع من هناك وكان ملكه خمسا وثمانين
سنة على رواية ابن قتيبة وقال المسعودي
خمس وثلاثين سنة ۞

ثم ملك بعده ابو كرب شمر بن افريقوس
وسمي يرعش لارتعاش كان به وخرج نحو
العراق في زمن بشتاسف احد ملوك الفرس
واعطاه بشتاسف الطاعة وسار نحو الصين حتي
نزل في طريقه ببلاد الصغد واجتمع اهل تلك
الارض بمدينة سمرقند فاحاط بهم شمر وافتتحها
عنوة واسرف في القتل وخرب المدينة وهدمها
فسمي شمركند وعربت بعد ذالك فقالوا سمرقند
ومعني

quadringentos annos tribuit. Sed *Ibn Katiba Alhadhado* succeffiffe ait Filiam ejus *Belkis*, conjugem *Salomonis* Filii *David*, fuper quibus pax & faufta comprecatio. Ea regnum tenuit per centum & viginti annos. Nos res ejus geftas enarravimus parte praecedenti hujus Libri, in Hiftoria *Salomonis*,

vid. Pag: 55.

Imperavit deinde *Jafafin* Filius *Amrou*, qui *Sjerhabili* filius. Hunc *Nashirelniëm* (*Sparforem beneficiorum*) vocitatum ajunt, quod beneficiis cumularit *Arabes*. Is multo potentiffimus fufceptis expeditionibus fefe immerfit in regiones *Africae*, ufque dum penetrarit ad *vallem arenarum*. Illuc nemo ante eum penetrarat. Eft autem *arena* fluxa, quam quomodo trajiceret non inveniebat, ob multitudinem fabuli, ejufque fluorem. Quum itaque ad eam fubfifteret, ecce difcuffa fuit arena; juffitque quendam e familiaribus, ut cum comitibus fuis trajiceret. Trajecerunt; fed nulli ad eum rediere, ad unum omnes interemti. Ibi tum mandat ut ftatua aenea, faxo impofita, fuper ora vallis erigeretur, ejufque pectori Scriptura *Homeiritica* infcriberetur: *Hanc ftatuam pofuit Nashirelniem Homeirita: ultra eam progredi non datur. Nemo id attentet; nam male periret.*

Inde domum regreffus regnum continuavit quinque & octoginta annos, fecundum traditionem *Ibn Katibae*. At *Mefoudius* quinque & triginta tantum annos ei tribuit.

Huic fucceffit *Abu Cerb Shamar* Filius *Africi*; cognomento *Jaraash* (*Tremulus*) ob tremorem, qui in eo notabatur. Is *Irakam* verfus egreffus eft tempore *Jyftafpis*, unius Regum *Perfiae*: qui obfequium ei praeftitit. Inde ad *Sinenfes* ire pergens, dum iter faceret, defcendit in regiones *Sogdianas*. Illius regionis incolas, in urbem *Samarcandam* congregatos, obfidione cinxit *Shamarus*. Mox eandem vi expugnavit, atque immodica caede edita urbem vaftavit, ac diruit. Inde *Shamarcanda* ea appellata, poftmodum *Arabica* pronunciatione

H Sa-

وسمي سمركند اي خربها شمر وفيه يقول
دعبل بن علي يفتخر باليمن من قصيدة ۞

هموا كتبوا الكتاب بباب مرو
وباب الشاش كانوا كاتبينا *
وهم سموا بشمر سمرقندا
وهم غرسوا هناك التبتينا *

قال فلما فرغ من بلاد السغد سار نحو
الصين فايقن ملكها بالبوار فاحتال
وزير له بان جزع انفه واتي الي شمر وهو
بمفازة بين الصين وبينها عشر
مراحل ومت اليه بان ملك الصين
فعل به ذالك بانه نصحه ان لا يحارب
شمرا وخالف رايه فساله شمر عن
الطريق والماء فقال بينك وبين
الماء ثلاث مراحل فتزود لثلاثة ايام
فلما قطعها اعوزه الماء وكشف له
الرجل امره فمات هو واصحابه عطشا ۞
قال ابن قتيبة وكانت مدة ملكه
مائة وسبعا وثلاثين سنة وقال المسعودي
ثلاثا وخمسين سنة ۞
ثم ملك بعده ابنه ابو مالك بن شمر قال
وتاهب لاخذ بثار ابيه فبلغه ان بالمغرب
واديا من الزبرجد فحمله الشره على طلبه وترك
ما عزم عليه فمات في طريقه ۞
ثم ملك بعده ابنه تبع الاقرن بن ابي مالك
قال وطلب ثار جده واتي سمرقند فعمرها
وجدد بناها ثم اتي الصين واخرب مدينتها
وابتني

alia de eo Hamza p: 20

*Samarcanda* dicta. quod a *Shamaro vastatam* sonat. Eum intendit *Daabal Ibn Ali*; gloriam praedicans *Jemanensium*; de cujus Carmine haecce,

> *Illi inscripsere scripturam in porta Merwae,*
> *Portamque Assjasi quoque inscripsere.*
> *Atque illi a Sjamar denominarunt Samarcandam,*
> *Ibique plantarunt illi Balsama.*

Quum porro subjecisset regiones *Sogdianas*, profectus dicitur in *Sinenses*; quorum Rex *exitium sibi paratum certo agnovit.* Dolos ergo struxit *Vezirius* ejus, atque resecto sibi naso ad *Sjamarum* venit, degentem in deserto, inter quod & *Sinam* decem erant mansiones; atque ad eum detulit, Regem *Sinensium* hoc in eo patrasse, eo quod ipsum sincere monuisset ne bello exciperet *Sjamarum*, quodque sententiae ejus se opposuisset. Hunc quum *Sjamarus* de via, & aqua, interrogasset, dixit, inter Te, & aquam tres tantum intersunt mansiones. Comparato itaque commeatu in triduum, Desertum trajicere coeptans, aqua deficitur. Ibi tum homo ille, quid negotii esset, declaravit; atque *Sjamarus* cum sociis siti interiere.

Ait *Ibn Katiba*, spatium regni fuisse centum & triginta septem annorum: at *Mesoudius* tres & quinquaginta tantum numerat.

Post hunc regnum tenuit Filius ejus *Abu-Malichus Ibn Sjamar* cui vindictam patris molienti, renunciatum, in *Africa* alveum reperiri *Smaragdis* refertum. Tum impulit eum cupiditas ad eos quaerendos, atque omisit quod decreverat. In hoc itinere periit.

Regnavit deinceps Filius ejus *Tobbaä Alakran Ibn Abi-Malichi.* Hic vindictam avi sui persecuturus, *Samarcandam* usque progressus est, eamque instauravit, atque renovavit

 aedi-

وابتني هناك مدينة اسكن فيها ثلاثين الف رجل ۞

قال الحمدوني في كتابه المترجم بالتذكرة هم الى اليوم هناك في زي العرب ولهم باس وشدة يعني يوم صنف كتابه وهو في سنة ثلاث وخمسين وخمسماية ونحو ذالك قال وفي اوانه كان بوار طسم وجديس علي ما نذكره في وقايع العرب قال وفي اوانه كان سيل العرم وتفرق سبا وسياتي ذكر ذالك في موضعه ان شا الله تعالي ۞

قال ابن قتيبة وكان ملك تبع الاقرن ثلاثا وخمسين سنة قال المسعودي ان ملكه كان ماية وثلاثا وستين سنة ولم يذكر الملك الذي كان قبله ونسب هذا الملك انه ابن شمر ۞

ثم ملك بعده على ما رواه ابن حمدون وهو ان شا الله امثل بالصواب اسعد بن عمرو قال وملك والملك متشتت فاستنفر قومه فنهضوا معه في ملوك اليمن حتي قتلهم ملكا ملكا وانتظم له ملك اليمن فوجه بابن عم يقال القيطون الى الحجاز فبغي وظلم فقتله اليهود ولما بلغ اسعد ذالك غضب وحلف ليقتلن كل يهودي في الارض وتجهز في ماية الف حتي ورد يثرب فاجتمع الاوس والخزرج واخبروه بقصة ابن عمه وفجوره وظلمه فعفا عن اليهود وقال لست ارضي بالظلم ولو علمت ذلك منه لقتلته واتاه بنو هذيل بن مدركة فرغبوه في الكعبة وما فيها من الذهب والفضة

aedificia ejus. Deinde perlatus in *Sinam*, ejus Regiam urbem pervaſtavit, atque condidit ibidem civitatem, immiſſis in eam triginta millibus colonorum.

Auctor eſt *Hamedounius* in Libro, qui inſcriptus *interpres memoriarum*, illos ibi ad *hunc* uſque *diem* remanere ornatu *Arabum*; ſtrenuitate ac robore inſignes. Innuit ille diem, quo Librum ſuum conſcripſit, qui eſt annus *Hegirae* quingenteſimus, & quinquageſimus tertius circiter. Addit, in hujus aetatem incidere internecionem *Taſmitarum* & *Gjadiſitarum*; prout exequemur in *conflictibus Arabum*. Tradit quoque, hujus tempore extitiſſe *Diluvium Arim* (*Aggeris*) quo *Sabaei* diſperſi: quod nos Deo O. M. volente ſuo loco reddemus.

Refert *Ibn Katiba*, imperaſſe *Tobbaä Alacran* annos tres & quinquaginta. *Meſoudius* autem centum & ſexaginta tres dinumerat; neque mentionem facit praecedentis regis, hunc ipſum Filium faciens *Sjamari*.

vid. Hamza p. 30.

Deinde regnavit, referente *Ibn Hamedoun*, quod cum bono Deo propius ad veritatem, *Aſaad Ibn Amrou*. Diſſipatiſſimum hunc imperium accepiſſe ait, evocatum itaque populum cum eo conſurrexiſſe adverſus Reges *Jemanenſes*; iiſdemque Rege poſt Regem occiſis, imperium *Jemanenſe* in unum iterum coaluiſſe. Tum miſſus ab eo patruelis, *Algabtoun* nomine, in *Higiazam*: quem tyrannice graſſantem trucidarunt *Judaei*. *Aſaadus* re audita ad iram concitatus, juravit, ſe omnes *Judaeos* in terris iſtis interfecturum. Expeditionem cum centum armatorum millibus ſuſceptam perſequens, *Jathrippam* (*Medinam*) ingreſſus eſt. Ibi *Tribus Auſiorum* & *Chazrabiorum* congregatae, negotium patruelis ei exponunt, ejuſque improbas oppreſſiones. His auditis *Judaeos* crimine liberat; addiditque; non delector oppreſſione; & ſi de ipſo hoc reſciviſſem, certe occidiſſem eum. Dein acceſſerunt ad eum

والفضة والجوهر فقدم مكة لذلك
فاجتمع اليه احبار اليهود وقالوا هذا
البيت العتيق الذي ليس لله عز
وجل بيت في الارض غيره وقد رام افساده
كثير من الملوك فاباده‍م الله
وفي هذه البلدة يكون مولد نبي اخر
الزمان اسمه محمد واحمد من ولد ابرهيم
الخليل عليه الصلاة والسلام وهو خاتم
الرسل وانما اراد من ذلك على ذالك
هلاكك فضرب باعناق الهذليين واقام
بمكة ستة شهور ينحر في كل يوم
الف ناقة وكسا البيت وعلق عليه
بابا من الذهب ۞

ولما هلك ملك من بعده ابن عمه مرثد
بن عبد كلال بن تبع الاقرن المعروف
بذي الاعواد قال وكان ملكه اربعين سنة ۞

Hamza brevir p. 82.

ولما هلك ملك بعده اولاده وكانوا اربعة
مشتركين في الملك علي كل واحد منهم تاج
قال وجاوا الى مكة ليقلعوا الحجر الاسود ويبنوا
بيتا بصنعاء يكون حج الناس اليه فاجتمعت
كنانه وقلدوا امرهم فهر بن مالك والتقوا فقتل
ثلاثة من الملوك واسر الرابع ۞

ولما هلك هولاء ملكت بعدهم اختهم
ابصغه ابنة ذي الاعواد قال وكانت
فاجرة فقتلها قومها ۞

ثم ملك بعد اولاد ذي الاعواد ملكيكرب
بن عمرو بن سعيد بن عمر وكانت مدة ملكه
عشرين سنة وتحرج عن سفك الدماء فلم
يغزو ولم يخرج عن اليمن ۞

ثم

*Hudeilitae* orti ex *Modreca*; eumque instigarunt adversus *Caabam*, & quod in ea auri, argenti, ac lapidis pretiosi. Ea de causa quum *Meccam* progressus esset, convenerunt ad eum Doctores *Judaeorum*, &, *Domus haecce*, inquiunt, *est antiquissima; praeter quam nulla alia Deo O. M. in terris. Hanc multi quidem Reges moliti destruere; sed disperdidit eosdem Deus. Hoc ipsum autem oppidum natale solum erit prophetae, ultimis temporibus; cui Muhammedi & Ahmedo nomen; e posteris Abrahami, Amici Dei, omnibus comprecationibus cumulandi: eritque ille sigillum prophetarum. Nil aliud vero intenderunt, qui te in hoc facinus incitarunt, quam ut male perires.* Tum ille sectis *Hudeilitarum* collis, sex menses *Meccae* commoratus fuit, quotidie mille camelis immolatis. Aulaeis vestivit etiam Ædem sacram, eique portam auream praefixit.

Post hujus fatum regnavit patruelis ejus *Morthid* Filius *Abd-celal*, Nepos *Tobbaae Alakran*; titulo nobilis *Dsul-aawad*, (*Domini lignorum*.) Hunc quadraginta annos regnasse refert.

Eo mortuo, regnum exceperunt Filii ejus. Hi quatuor numero, consortes fuere imperii, singuli Diadema gerentes. Eos ait *Meccam* contendisse, ut *Lapidem nigrum* revellerent; atque *AEdem* exstruerent *Sanäae*; ut ibi Festivitas sacra obtineret. Sed coortos *Chenanitas*, praefectura rerum tradita *Phibro Malichi* Filio, praelio cum iis concurrisse; caesisque tribus regibus, quartum in vincula datum.

Quum hi periissent, regnare coepit Soror eorum *Absaga* Filia *Dsilaawadi*. Hanc in libidines projectam, ac propterea a populo interfectam, narrat.

Deinde post liberos *Dsilaawadi* imperavit *Malci-cerbus* Filius *Amrou*, Nepos *Saïdi*, pronepos *Omari*. Hujus regnum duravit viginti annos. Temperavit a fundendo sanguine; neque expeditiones suscepit: nunquam *Jemana* egressus.

Post

ثم ملك بعده تبع اسعد بن ملكيكرب
قال ولما ملك غزا بني معد بتهامة في ثلثماية
الف طالبا لدماء الملوك الاربعة فاجتمعوا
بنو معد وعقدوا الرياسة لامية بن عوف
الكناني المعروف بالعلبس ثم نفست
ان تكون الرياسة في مضر فقعدت عنهم
فضعفت مضر عن تبع وسالوه الصلح
علي ان يودوا اليه عقل الملوك الاربعة
عن كل ملك الف ناقة وكذالك كانت
دية الملوك في الجاهلية وديات من قتل
منهم من الجنود لكل رجل ماية ناقة فقبل
تبع ما بذلوه وانصرف الى ارضه ووقع
الشر بين الحيين ربيعة ومضر فارسلت
ربيعة الى تبع رسلا فعقد بينهم حلفا
وعقدا وهو الحلف الباقي بين ربيعة
واليمن الى ان جاء الاسلام واقام تبع هذا
بارض الشام ما شا الله ثم سار الى
الهند في البحر وباشر الحرب بنفسه وبرز
اليه ملك الهند وهو ابن فور الذي قتل
الاسكندر اباه فقتله تبع بيده وتحصنت
الهند بمدينتهم وحاصرهم تبع شهرا حتى
سالوه الامان فامنهم وقفل الى بلاده ۞

ثم ملك بعده ابنه حسان بن تبع قال
فغزا العراق في ثلثماية الف واتي في طريقه
مكة وقد عادت اليها خزاعة عند وفاة
فهر بن مالك فاعطاه بنو نزار الطاعة
وروي عنه شعر يخبر فيه ببعثة نبينا
صلي الله عليه وسلم وهو

شهدت

Post eum regnavit *Tobbaa Assaad* Filius *Malci-cerbi.* Hic rerum potitus, bello aggressus est *Maadditas* in *Tehama*, cum trecentis armatorum millibus; ulturus sanguinem quatuor Regum. *Maadditae* praefecturam detulerunt *Ommiae*, Filio *Ausi Cenanitae*; cui *Alaliso* (retorrido) nomen. Contentio dein orta, ut praefectura penes *Modaritas* esset. Illi desidiose agentes, & impares *Tobbaae*, pacem orarunt, ea lege, ut persolverent ipsi pretium sanguinis quatuor regum; pro unoquoque rege mille camelos. Ita nempe comparatum erat redemtio regum in *Paganismo*. Pretia item e militibus occisorum, pro quoque viro centum camelos. Acquievit conditionibus sibi oblatis *Tobbaa*, atque in terram suam regressus est. Tum dissidium ortum est inter duas Tribus, *Rabiam*, & *Modar*; atque *Rabiïtae* legatos misere ad *Tobbaäm*, ut foedus sanctissimum inter se paciscerentur. Hoc est foedus illud quod inter *Rabiam* & *Jemanenses* viguit, usque ad exortum *Islamismi*. Idem hicce *Tobbaa* in *Syria* id temporis exegit, quod Deo placitum: indeque iter maritimum ad *Indiam* intendit, bellum ipsemet per se obiens. Adversus hunc eduxit Filius *Pori*; cujus patrem interfecerat *Alexander*: eumque suamet manu interemit *Tobbaa*. In Regia sua deinde sese communientibus *Indis*, obsedit eos *Tobbaa* spatium mensis, ita ut in fidem recipi petierint. Deditione accepta ad regiones suas reversus est.

Deinde regnavit post eum Filius ejus *Hassan Ibn Tobbaa.* Is *Irakam* invasit cum trecentis millibus; atque in itinere faciundo *Meccam* deflexit. Redierant tunc illuc *Chazaitae*, quum fato concessisset *Phihr Ibn Malichi*, atque *Nazaridae* obedientiam ei praestiterunt. Carmen ejus circumfertur, quo praenunciat missionem prophetae nostri benedictionibus prosequendi, quod ita habet.

شهدت علي احمد انه
رسول من الله باري النسم *
فلو مد عمري الي عمره
لكنت وزيرا له وابن عم *

قال ولما ورد العراق وجد الفرس وسلطانهم
واه وقد مات هرمز وولدت امراته غلاما
وهو سابور ذو الاكتاف ومربيه احد عظما
الفرس فلم يقم بضبط الملك فاستقبلوه
بالطاعة واقروا له بالخراج فاقام بالعراق
حولا وعزم علي غزو الصين فساء ذالك
حمير وقالوا نغيب عن اولادنا وعيالنا
ولا ندري ما يحدث بهم فمشوا الي عمرو
اخو حسان الملك وبعثوه علي
قتل اخيه علي ان يملكوه عليهم
ويعود بهم الي بلادهم واعطوه العهود
والمواثيق الا رجلا يقال له ذو رعين
فقال لهم انكم ان قتلتم ملككم
ظلما خرج الامر منكم فلم يحلفوا به
فاقبل بصحيفة مختومة وقال لعمرو بن
تبع لتكن هذه الصحيفة وديعة لي عندك الى
وقت حاجتي اليها واقبل عمرو ليلا الى اخيه
حسان وهو نايم في فراشه فقتله وانصرفت حمير
الي بلادها هكذا نقل بن حمدون في تذكرته *
وقال ابو علي احمد بن محمد بن مسكويه
في كتابه المترجم بتجارب الامم في اخبار
الفرس ان ملك الفرس يوم ذالك هو قباذ بن فيروز
وهو ابو كسري انوشروان وان الملك الذي غزاه من
ملوك حمير هو تبع والد حسان وابن اخيه شمر *
قال

*Teſtor de Ahmede, eſſe Eum Legatum a Deo, puriſ-*
*ſimum ſpiritu.*
*Quod ſi aetas mea extenderetur ad aetatem ejus; ſane*
*eſſem Vezirius ejus, & patruelis.*

Quum autem *Irakam* ingreſſus eſſet, reperit *Perſas* eorumque imperium vacillare: namque *Sapores* obierat, & uxor ejns pepererat puerum *Sapor Dſulectaf* dictum. Hunc educans aliquis *Magnatum Perſiae*, Regnum defendere non valuit. Ergo imperata ſe facturos, atque tributum penſuros, promittunt. Annum autem in *Iraka* moratus, deſtinavit expeditionem adverſus *Sinam.* Hoc male habuit *Homeiritas*, dictitantes, procul a liberis, familiaque, abſtracti neſcimus quid iis accidere queat. Tum perrexerunt ad *Amrou* Fratrem *Haſſani* Regis, eumque ad caedem fratris inſtigarunt, ea conditione, ut regno ei delato domum ipſos reduceret. In hoc juribus ſeſe jurandis adſtrinxere ei, excepto viro, cui *Dſu Rayn* nomen, haec iis denunciante; ſi vos Regem veſtrum injuſte occideritis, extra poteſtatem veſtram abibit imperium. Is ergo quum jurare noluiſſet, ſchedulam obſignatam adferens, *Amrou Ibn Tobbäa* ita compellavit: ſit haec ſchedula mihi apud te depoſita in illud uſque tempus, quo ejus indigebo. Tum *Amrou* de nocte adortus Fratrem *Haſſan*, in ſtrato dormientem obtruncavit: atque *Homeiritae* in regiones ſuas reverſi ſunt: prout *Hamedounius* in memoriis ſuis rem expoſuit.

Ait *Abu Ali Ahmed Ibn Mohammed Ibn Meſcuja*, in Libro ſuo, qui vocatur *Enarrator conflictuum inter gentes*, in rebus *Perſarum*, Regem *Perſiae* tunc temporis extitiſſe *Kobadum* Filium *Phiruzi*, qui pater fuit *Coſrois Anusjirvani*: Eumque qui ei bellum intulit e Regibus *Homeiritis* fuiſſe *Tobbäa* parentem *Haſſani*; qui & Nepotem habuerit *Sjamar* dictum.

 Ait

قال فسار تبع حتى نزل الحيرة ووجه
ابن اخيه شمرا ذو الجناح الى قباذ
فقاتله فهزمه شمر حتى لحق بالري ثم
ادركه فقتله ۞

قال ان تبع امضى شمر ذو الجناح
وابنه حسان الى الصغد وقال ايكما
سبق الى الصين فهو عليها وكان كل
واحد منهما في جيش عظيم يقال انها
ستماية الف واربعين الفا وبعث ابن اخيه
واسمه يعفر الى الروم ۞

قال فاما يعفر فانه سار حتى
اتى القسطنطينية فاعطوا الطاعة والاتاوة
واتى الى رومية فحاصرها ثم اصابهم
جوع ووقع فيهم الطاعون فتفرقوا وعلم
الروم بذلك فوثبوا عليهم فلم يفلت
منهم احد ۞

واما ذا الجناح فانه سار حتى اتى
الى سمرقند فحاصرها فلم يظفر منها
بشي فلما راي ذلك طاف بالحرس حتى اخذ
رجلا من اهلها فاستمال قلبه ثم ساله عن
المدينة وملكها فقال اما ملكها فاحمق
الناس ليس له هم الا الاكل والشرب والجماع
ولكن له بنت هي التي تقضي امر الناس فمناه
ووعده حتى طابت نفسه ثم بعث معه هدية
اليها وقال اخبرها اني انما جيت من ارض المغرب
للذي بلغني من عقلها لتنكحني نفسها فاصيب
منها غلاما يملك العرب والعجم واني
لم اجي التمس مالا وان معي من المال
اربعة الاف تابوت ذهبا وفضة هاهنا
وانا

Ait idem, progreſſum *Tobbäam* deſcendiſſe *Hiram*; atque Nepotem ſuum *Sjamar Dſulgianach* miſiſſe adverſus *Kobadum*, quem proelio commiſſo fuderit *Sjamarus*, fuga *Reiam* uſque elatum; eumque ibidem deprenſum atque occiſum.

Ait quoque *Tobbäam* miſiſſe *Sjamarum Dſulgianach*, & Filium ſuum *Haſſan*, in *Sogdianam*, addito edicto, qui e vobis alterum praeverterit in *Sinam*, ejus praefectus eſto. Erat unicuique eorum ingens exercitus; quum ſexcenta & quadraginta hominum millia educta narrentur. Dimiſit quoque alterum nepotem, cui *Jaafaro* nomen, in *Romanas* ditiones.

Pergit idem; quod ad *Jaafarum* attinet, is *Conſtantinopolin* uſque progreſſus ad obedientiam atque obſequia eam adegit. Deinde *Rumiam* perlatus, eam obſidione preſſit. Sed fame eos adfligente, ſimulque peſte inter eos ſaeviente, diſſipati ſunt. Re cognita impetum in eos dedere *Rumaei*; ne uno quidem e ſtrage elapſo.

Quod autem *Dſulgianachum* ſpectat; & is *Samarcandam* uſque pervectus, eam obſedit; nihil interim efficere valens. Hoc videns, cuſtodes urbis captavit, tandemque quendam eorum excepit. Hunc blandis ſibi verbis quum conciliaſſet, interrogavit hominem de urbe, & Rege ejus. Tum ille, Rex quidem ſtultiſſimus mortalium eſt; quippe cui cura nulla, praeterquam edere, bibere, ludere. Aſt Filia illi, quae ſummam rem provide adminiſtrat. Hunc largis pollicitationibus onerat, iiſdemque laetum remittit ad eam cum muneribus, & mandatis; „Ei meo no-
„ mine renuncia, me ex ſedibus occidentis excitatum ad
„ famam ſapientiae ejus, ut mecum connubium ineat, ex
„ eaque quaeram Filium, qui *Arabes Perſaſque* imperio re-
„ gat: neque me veniſſe, ut opes conquiram: qui huc
„ advexerim quater mille arcas auro argentoque graves.

 „ Eas

وانا ادفعها اليها وامضي الى الصين
وان كانت لي الارض كانت امراتي وان
هلكت فالمال لها ۞

فلما انتهت رسالته اليها قالت قد اجبته
فليبعث بالمال فارسل اليها باربعة الاف
تابوت في كل تابوت رجلان وكان لسمرقند
اربعة ابواب على كل باب اربعة الاف رجل قال
وجعل شمر العلامة بينه وبينهم ان يضرب لهم
بالجلجل فخرجوا واخذوا بالابواب ونهد شمر في
الناس فدخل المدينة وقتل اهلها واحتوي على ما
فيها ثم سار الى الصين فلقي الترك فهزمهم وانتهى
الى حسان بن تبع بالصين فوجده قد سبقه اليها
بثلاث سنين ۞

قال وفي بعض الروايات وهي المجتمع
عليها ان حسان وشمر انصرفا في الطريق
الذي كانا اخذا فيه حتي قدما على تبع بما حاز
من الاموال بالصين وصنوف الجوهر والطيب والسبي
ثم انصرفوا جميعا الى بلادهم فكانت وفاة
تبع باليمن وكان ملكه ماية سنة
واحدي عشرين سنة ۞

قال واما في الرواية الاخري فان تبع اقام
وواطا ابنه حسان وابن اخيه شمر ان يملكهما
الصين ويحملا اليه الغنايم ونصب بينه
وبينهم المنار فكان ان احدث حدث اوقدوا
النار فاتي الخبر في ليلة ۞

قال وقد ذكر بعض الرواة ان الذي
سار في المشرف من التبابعة تبع
الاخير وهو تبع بن اسعد ابو كرب
بن زيد بن عمرو بن ذي الاذعار وهو
ابو

„ Eas omnes me Ei tradere velle, in *Sinam* perrecturum.
„ Quod si Regio ista mea fiat, fore eam conjugem meam:
„ sin perierim, opes penes eam remansuras.

Perlatis ad Eam hisce illius mandatis, respondet, Equidem annuo; mittat itaque opes illas. Tum ille quater mille arcas expedivit; in quarum singulis duo inerant viri. Erant *Samarcandae* quatuor portae, unaquaeque a quater mille armatis custodita. Constituerat autem *Sjamarus* signum illis inclusis, ut quum crepitaculum quateretur, prosilirent, portasque occuparent. Sic consurgens cum copiis *Sjamarus*, urbem intrat, atque occisis oppidanis, omnia in potestatem suam redigit. Inde in *Sinam* movens, contra egressos *Turcas* fregit; atque postremo ad *Hassanum* in *Sina* pervenit. Hunc repperit tribus ipsum annis illuc praevertisse.

Quasdam narrationes ferre ait, in quas ferme consentiatur, *Hassanum* & *Sjamarum* diversis usos itineribus tandem perlatos ad *Tobbäam* in *Sina*, quum ipse spolia regionis illius, varia gemmarum ac odorum genera, captivamque aveheret multitudinem: indeque omnes simul ad regiones proprias reversos. *Tobbäam* dein in *Jemana* decessisse, postquam centum viginti & unum annos regnasset.

Sed secundum alteram illam relationem, *Tobbäa* ipse remansit domi, pactumque iniit cum Filio *Hassano*, & fratris Filio *Sjamaro*, ut *Sinense* regnum obtinerent; at spolia ad ipsum deportarent. Constitutis autem inter se & ipsos ignibus, effectum, ut si aliquis casus accidisset, igne succenso nuncius unius noctis spatio perferretur.

Addit, enarratores quosdam tradere, eum qui in orientem tetendit ex *Tobbaïs*, esse *postremum*, nempe *Tobbaam Asaad Abucerbum*, Filium *Zeydi*, nepotem *Amrou*, pronepotem *Dsiladsaar*; qui pater fuit *Hassani*. Huc usque quae *Ibn Mescouja* produxit ex historiis eorum. Redeamus nunc

ـو حسان انتهى ما اورده ابن مسكويه من
خبارهم ۞

فلنرجع الى مساق ما قدمناه مما نقله ابن
حمدون قال ثم ملك بعد حسان بن تبع اخوه
قاتله عمرو تبع قال وانصرف بالقوم الى بلادهم
فسلط الله عليه السهر فكان لا ينام فجمع
الكهنة والقياف والعرافين فسالهم عن ذالك
فلم يعرفوه فقال له رجل منهم انه يقال من قتل اخاه
ظلما سلط عليه السهر وحرم النوم فاحال بالذنب على
حمير وجعل يقتل من اشار عليه بقتل اخيه واحدا
بعد واحد ثم ارسل الى ذي رعين ليلحقه بمن
قتل من اصحابه فقال ايها الملك اني خالفت
القوم فيما زينوا لك من قتل اخيك قال
ومن يعلم ذالك قال الصحيفة التي اودعتها
عندك فاخرجها فقراها فاذا فيها

الا من يشتري سهرا بنوم
خلي ان يبيت قرير عين *
فان تكن حمير غدرت وخانت
فمعذرة الاله لذي رعين *

فخلى سبيله ۞

قال ولما قتل عمرو اشراف الناس من قومه
وصناديدهم تضعضع امر حمير ووهى ملكها
فطمع به بنو كهلان بن سبا بن يشجب
بن قحطان فوثب ربيعة بن مضر بن الحارث
بن عمرو بن عدي بن يزيد بن فند بن
مذحج بن كهلان في قومه وجمعهم من
اقطار الارض وجمع لهم عمرو بن تبع
والتقوا

nunc ad pertexendum filum ex *Ibn Hamedoun* ante inchoatum.

Sic ergo ille. Poſt *Haſſanum* Filium *Tobbaae* regnavit ejus frater, idemque percuſſor, *Amrou.* Hunc cum copiis in regiones ſuas regreſſum obnoxium fecit Deus inſomniae; plane ut quietem capere non poſſet. Advocavit itaque ſacrificulos, hariolos, & divinatores, ſciſcitans, quid rei eſſet? Nihil illi indicare potuerunt: tantum aliquis eorum reſpondit; vetus ferri dictum, *qui Fratrem ſuum occiderit inique, eum vexari inſomnia, & impediri quo minus dormiat.* Tum ille culpam in *Homeiritas* conjiciens, eos, qui Fratricidium ei ſuaſerant, alios poſt alios interficere; atque tandem arceſſere *Dſi Raynum*; ut eum quoque caeſis ſociis aggregaret. At ille, Heus, Rex, inquit, ego vero diſſenſi ab iis, qui te ad caedem Fratris inſtigarunt. Tum Rex; & quis rei conſcius, ac teſtis? Ibi ille, ſchedula quam apud te depoſui. Productam tunc ſchedulam legit, in haec verba

*An non qui emit inſomniam pro ſomno,*
*Amittit ut noctem tranſigat frigido oculo?*
*Quod ſi Homeiritae perfide egerint, & poenas meruerint:*
*At excuſatio Numinis parata Dſi Rayno.*

Tum noxa exemtum dimiſit.

Quum autem, ait, *Amrou* hunc in modum nobiliſſimos quoſque gentis ſuae, eorumque anteſignanos, trucidaſſet, concuſſae ſunt res *Homeiritarum*, atque imperium eorum collabaſci coepit. Ad id cupiditatis oculum adjecere Filii *Cahlan*, per *Sabam*, *Jeshabum*, & *Jarabum* a *Kehtano* oriundi: atque *Rabya Ibn Modari*, qui *Harithi*, qui *Amrou*, qui *Adi*, qui *Jezydi*, qui *Phendi*, qui *Modaggigi*, qui *Cahlani* Filius, cum ſua ſibi gente proſiluit, copiaſque undique orarum convocavit. Adverſus eos copias quoque

K col-

والتقوا فقتل عمرو بن تبع وملك بعده
ربيعة بن مضر المقدم ذكره ۞

قال وكان قد راى رؤيا ازعجه وعبرت له
ان الحبشة تملك بلاده فوجه ابن اخيه
جديمه بن عمرو بن مضر ومعه ابنه
عدي بن ربيعة وهو صبي ووجه معه
حرمه وخزاينه وكتب الي سابور
ذي الاكتاف فاسكنهم الحيرة
وما حولها ۞

قال ولما بلغ عدي بن ربيعة الحلم
زوجه جديمه اخته رقاش فولدت له عمرو
بن عدي وهولا ملوك الحيرة على ما نذكره
في اخبارهم ۞

قال ولما مات ربيعه بن مضر تجمعت
حمير فاذنت كهلان بحرب او اعادة الملك
فيهم ودخل بينهم السفر فسلموا الملك
الى حمير فملكت حمير عليها ابرهيم
بن الصباح بن لخصيعة بن شيبة الحمد
بن العبر بن سيف بن مصلح بن عمرو بن مالك
بن زيد بن سعد بن عوف بن عدي بن مالك
بن زيد بن سعيد بن ردعه بن ذي المنار ۞

قال فملك عليهم ومكث طول ايام سابور
ذي الاكتاف ثم مات فملك بعده ابن عمه
صهبان بن محرث قال فبعث عماله على ارض
العرب واستعمل على ولد سعد بن عدنان بن
خاله الحارث بن عمرو بن معاوية بن كنده
بن عدي بن مره بن زيد بن مدحج بن كهلان
وكان الحارث يلقب باكل المرار وهو
جد امري القيس الشاعر بن حجر بن الحارث

وهو

collegit *Amrou Ibn Tobbäa.* Praelio commiſſo occiſus eſt *Amrou Ibn Tobbäa*, rerumque poſt eum potitus *Rab a Ibn Modar*, praedictus.

Huic oblatum narrat ſomnium; quo graviſſime fuerit perculſus: idque ita ei expoſitum, *Habeſſinos* ejus provincias eſſe ſubacturos. Ea de cauſa ablegaſſe eum fratris Filium *Gjadymam Ibn Amrou*, cum eoque ſimul ſuum ipſius Filium, *Adi Ibn Rabya*, cum maxime infantem: ablegaſſe item *Gynaeceum* ſuum, ac Gazas; datis ad *Saporem Dſilectaf* literis commendaticiis: eumque iis aſſignaſſe *Hiram*, cum circumſitis regionibus.

Addit idem, quum *Adi Ibn Rabya* adoleviſſet, *Giadymam* ei ſororem ſuam *Rikaſch* in matrimonium dediſſe; indeque natum eſſe *Amrou Ibn Adi.* Ab eo Reges *Hirenſes* originem traxiſſe. Horum res poſtmodum a nobis exponentur.

Proſequitur porro, *Rabya Ibn Modar* mortuo, coiiſſe *Homeiritas*; atque *Cahlanidis* vel bellum, vel reſtitutionem regni, denunciaſſe. Interventu pacificatorum lite compoſita, *Homeiritis* imperium tradidere. Hi regem ſibi impoſuere *Ibrahimum* Filium *Sabbahi*, qui *Lachtſiae*, qui *Sjaibatolhamdi*, qui *Alhibri*, qui *Seiphi*, qui *Moſlehi*, qui *Amrou*, qui *Malichi*, qui *Zeydi*, qui *Saadi*, qui *Auſi*, qui *Adi*, qui *Malichi*, qui *Zeidi*, qui *Saydi*, qui *Radaae*, qui *Dſilmenari.*

Hunc regnum continuaſſe ait per omne illud tempus quo *Sapor Dſilectaf* imperitavit *Perſiae.* Decedenti dein ſucceſſorem datum Filium patrui, *Sebbanum Ibn Mohrithi*; qui regionem *Arabum* quoque praefectis ſuis occuparit; atque *Saaditis* ab *Adnano* ortis impoſuerit Filium avunculi ſui *Al-harithum Ibn Amrou*, profati per genitorem *Muaviam*, ac progenitores longa ſerie *Kendum*, *Adium*, *Morram*, *Zeidum*, ac *Modaggigum*, e *Cahlano.* Huic *Alharitho* cognomentum additum *Achilelmurar* (*comeſor amarulentorum:*) fuit-

K 2 que

وهو جد الاشعث بن قيس بن معدي كرب بن
جبلة بن عدي بن الحارث المذكور ۞
فقسم الحارث مملكته بين اولاده
وكانوا ثلاثة فملك ابنه حجر على
اسد وكنانه وملك شرحبيل على قيس
وتميم وملك سلمي على ربيعة ۞
قال فمكثوا على ذالك كثيرا حتى مات
ابوهم الحارث فوثبت بنو اسد على حجر
فقتلوه ووثبت قيس وتميم على شرحبيل فطردوه
فغضب صهبان وتجهز للمسير الى مضر
فاستعانت مضر بربيعة وجات وفودهم اليهم
واستنصروهم ورييسهم كليب بن ربيعة بن
الحارث بن زهير بن جشم بن بكر بن حبيب
بن عمر بن غنم بن تغلب بن وايل ۞
واجتمعت ربيعة ومضر والرياسة على
الحيين لكليب فقاتلوا صهبان وعظماء
قومه وهو اليوم المشهور في العرب فقتل
صهبان في هذا اليوم يقول عمرو بن
كلثوم شعر ۞

ونحن غداة اوقد في خزازي
رفدنا فوق رفد الرافدينا ✽
فكنا الايمنين اذا التقينا
وكانوا الايسرين بنو ابينا ✽
فصالوا صولة فيمن يليهم
فصلنا صولة فيمن يلينا ✽
فابوا بالنهاب وبالسبايا
وابنا بالملوك مصفدينا ✽

قال ولما قتل صهبان بن محرث ملك
بعده

que ille avus *Amrolkisi Ibn Hogiri*, *Ibn Alharithi.* Fuit item avus *Alashaathi* per *Keisum*, qui *Maadicerbo*, qui *Gjabala*, qui *Adio*, qui *Alharitho* oriundus.

Dispertitus autem est *Alharithus* regionem suam inter Filios suos, tres numero, praeficiens *Hogjrum* filium *Asadaeis* & *Cenanitis*; *Sjerhabilum* autem *Keisitis* & *Temimitis*; denique *Selmam Rabiitis.*

Hos ait isto in statu perseverasse usque ad obitum *Alharithi* patris eorum. Insiluisse deinde *Aseditas* in *Hogjrum*, eumque occidisse: insurrexisse item *Keisitas* & *Temimitas* adversus *Sjerhabylum*; eumque abegisse. Tum ira commotum *Sebbanum*, comparasse exercitum, atque in *Modaritas* eduxisse. *Modaritas* autem auxilium petiisse a *Rabiitis*; atque venisse ad eos legationem, quae opem eorum societatemque flagitaret; principe legatorum agente *Colaibo Ibn Rabya*, qui per *Zohairum*, *Gjashamum*, *Becrum*, *Habybum*, *Omarum*, *Ganamum*, *Teglebum*, continua serie descenderat a *Wayelo.* Sic *Rabyam* & *Modarum* sociatis armis, utriusque gentis praefectura tradita *Colaibo*, conflixisse cum *Sebbano*, & proceribus nationis ejus: atque hunc diem maxime illustrem ferri inter *Arabes*; quippe in quo *Sebbanus* ipse occubuerit. In hunc diem ita cecinit *Amrou Ibn Celthum.*

*At nos tum quum accensum bellum in Chazara*
*Auxiliati sumus super nobilissimos etiam Auxiliatores.*
*Et nos dextram tenuimus quum praelio collisi sumus:*
*Ad sinistramque stabant Filii patris nostri.*
وفظعوا به وراوا جهاده حقا عليهم حين سمعوا
انه

*quo minus peregrinationem ſacram Arabum huc divertam.* De his literis *Abrahæ* ad *Nagaſium* quum certiores facti eſſent *Arabes*, indignatus aliquis aedificantium, ſive ex *Daimitis*, ſive ex *Malecitis* fuerit, ad templum ſe contulit, in eoque alvum depoſuit. Inde fuga ſe in terram ſuam ſurripuit. Res *Abrahae* renunciata. Rogitat ille, quis flagitii ſit auctor. Reſpondetur, *aliquis e cultoribus illius Ædis, ad quam Meccanam peregrinationem concelebrant Arabes; quod audiverit te dixiſſe, huc iſta ego ſolemnia divertam: iratus propterea id facinoris patravit, AEdem tuam iſto honore haud dignam declarans.* Ibi tum ira ſuccenſus *Abraha* jurat, ſe AEdem *Meccanam* deſtructum ire quantocyus velle. Aderant eodem tempore *Abrahae* ex *Arabibus* nonnulli, qui acceſſerant beneficentiam ejus captantes. Ex iis *Mohammed Ibn Chozaa*, *Filii Harabae Recwanaei*; itemque *Selma* cum quibuſdam ſuae gentis: ut & frater ejus cui nomen *Kais Ibn Chozaa*. Iſtum *Mohammed Ibn Chozaa* coronavit *Abraha*, praefectura *Modaritarum* ei tradita: ſimul mandans, ut circuiret, homineſque ad peregrinationem Templi evocaret, quod ipſe ſtruxerat. Egreſſus *Muhammed Ibn Chozaa* deſcendit in partem quandam terrae *Kenanitarum*. Pervenerat autem ad *Tehamitas* quid moliretur, & cur adventaret. Summiſerunt ei itaque *Hudeilitam* quendam *Orwa Ibn Hiads Almalatſi* dictum. Is eum ſagitta confixum occidit. Cum *Muhammed Ibn Chozaa* una aderat *Kais* frater ejus. Hic caeſo fratre fugam arripiens ad *Abraham* pervenit, eique caedem fratris renunciat. Id *Abrahae* indignationem iramque adauxit. Jurat proinde ſe in *Cenanitas* arma moturum, atque *AEdem Meccanam* diruturum.

Quum ſic *Abraha* conſtitutum haberet, *AEdem* ſacram verſus tendere, juſſit *Habaſſinos* ad expeditionem iſtam parari. Ipſe cum iis educit, Elephanto vectus. Audita re *Arabes* graviter adfici, ac percelli, cernentes verum ſe-

انه يريد هدم الكعبة بيت الله
الحرام فخرج له رجل كان من اشراف اهل
اليمن وملوكهم يقال له ذو نفر فدعا
قومه ومن اجابه منهم من ساير العرب
الي حرب ابرهه وجهاده عن بيت الله وما
يريد من هدمه واخرابه فاجابه من اجابه
الي ذلك وعرض له فقاتله فهزم ذو نفر
واصحابه واخذ له ذو نفر اسيرا فاتي به
فلما اراد قتله قال ذو نفر ايها الملك
لا تقتلني فانه عسي ان يكون كوني
معك خيرا لك من قتلي فتركه من
القتل وحبسه عنده في وثاق وكان ابرهه
رجلا حليما ثم مضي ابرهه علي وجهه
ذلك يريد ما خرج له حتي اذا كان بارض
خثعم سهران وباهس ومن تبعه من قبايل
العرب فهزمه ابرهه واخذ له نفيل اسير
فاتي به فلما هم بقتله قال له
نفيل ايها الملك لا تقتلني فاني دليلك
بارض العرب وهاتان يداي لك علي قبيلتي
خثعم سهران وباهس بالسمع والطاعة
فاعفاه وخلي سبيله وخرج معه يدله علي
الطريق حتي اذا مر بالطايف خرج اليه
مسعود بن معتب في رجال ثقيف فقال له
ايها الملك انما نحن عبيدك سامعون لك مطيعون
ليس لك عندنا خلاف وليس بيتنا هذا بالبيت الذي
تريد يعنون اللات انما تريد البيت الذي بمكة يعنون
الكعبة ونحن نبعث معك من يدلك ۞
فتجاوز عنهم وبعثوا معه بابي رغال
فخرج ابرهه ومعه ابو رغال حتي
انزله

ſeriumque eſſe, quod ad eorum aures venerat de voluntate ejus *Caabam*, *Sanctiſſimam AEdem* Dei, demoliendi. Adverſus eum eduxit quidam ex nobiliſſimis *Jemanae*, eorumque Regibus, nomine *Dſu Nepher.* Hic evocaverat populum ſuum, & qui annuere ei voluiſſent ex *Arabibus* reliquis, ad bellum *Abrahae*: utque AEdem ſacram prohiberent ab ea, quam moliretur ac minaretur, ruina. Cum volonibus hiſce, qui ei acceſſerant ultro, ſe objecit *Abrahae*; praeliumque conſeruit. *Dſu Nepher* cum ſociis fuſus. Ipſe quoque captus, ad Eumque adductus. Quum occidere ipſum pararet, dixit *Dſu Nepher*; *Heus Rex ne me occidas: nam profecto ut tecum ſim conducibilius tibi eſt caede mea.* Remiſit ergo ei caedem, eumque apud ſe in vinculis continuit, ut erat manſuetus *Abraha.* Deinde perrexit, urgens propoſitum ſuum, atque ad terram *Chathamaeorum* pervenit, ejuſque tribus *Sehran* & *Bahis*, cum reliquis eorum amicitiam ſequentibus. Et hos ſecum congreſſos fregit *Abraha*; captivuſque ei adductus eſt *Naphyl.* Quum interficere eum cogitaret, dixit ei, *Heus Rex! ne interficias me; namque viae ducem me habes per terram Arabum: atque hae duae manus meae tibi adverſus tribus Chathamaeas Sehran & Bahis ad omne obſequium promptae, ac paratae.* Tum nece liberatum ſolvit, ſecum progreſſurum, viamque monſtraturum. Quum autem per *Tajifum* tranſiret, occurrit ei *Meſoud Ibn Moattib* cum *Thekiphaeis* multis, atque ita eum affatur. *O Rex! nil aliud nos quam ſervi Tui, dicto Tibi ad omnia audientes. Nihil Tibi apud nos diſſenſionis: neque Aedis noſtra ſacra ea eſt quam Tu petis*; (aedem *Allatae* innuebant) *Tu Templum Meccanum intendis*: (*Caabam* innuebant) *Mittemus itaque Tecum, qui viam Tibi praemonſtret.*

Tum ab iis digreſſo comitem addunt *Abu Rial*; qui progreſſus cum *Abraha* eum *Magmas* uſque perduxit.

 Ibi

انزله المغمس فلما انزله به مات ابو
رغال هناك فرجمت العرب قبره فهو
القبر الذي ترجم الناس بالمغمس
ولما نزل ابرهه المغمس بعث رجلا من
الحبشة يقال له اسود بن مقصود علي
خيل له حتي انتهي الي مكة فساق
اليه اموال اهل مكة من قريش وغيرهم
واصاب فيها مايتي بعير لعبد المطلب
بن هاشم وهو يوميذ كبير قريش
وسيدها وهمت قريش وكنانه وهذيل ومن
كان بالحرم من ساير الناس بقتاله ثم
عرفوا انه لا طاقة لهم به فتركوا ذلك ۞

وبعث ابرهه حناطة الحميري الى مكة
فقال له سل عن سيد هذا البلد وشريفهم ثم
قل له ان الملك يقول لكم اني لم ات لحربكم
انما جيت لهدم البيت فان لم تعرضوا دونه بحرب
فلا حاجة لي بدمايكم فان لم يزدجر فاتني به ۞

فلما دخل حناطه مكة سال عن سيد
قريش وشريفها فقيل عبد المطلب ابن هاشم
ابن عبد مناف ابن قصي فجاءه فقال له
ما امره به ابرهه فقال له عبد المطلب والله
ما نريد حربه وما لنا بذلك من طاقة هذا
بيت الله الحرام وبيت خليله ابراهيم او كما
قال فان يمنعه فهو بيته وحرمه وان يخل
بينه وبينه فوالله ما عندنا من دفع عنه
او كما قال له فقال له حناطه فانطلق الى
الملك فانه قد امرني ان اتيه بك فانطلق
معه عبد المطلب ومعه بعض بنيه حتي
اتي العسكر فسال عن ذي نفر وكان له
صديقا

Ibi mortuus eſt *Abu Rial*; lapidatumque ab *Arabibus* ejus ſepulcrum. Hoc eſt illud ſepulcrum, quod etiamnum ibidem loci lapidari ſolet. Quum hunc in locum deſcendiſſet *Abraha*, miſit quendam *Habaſſinorum*, cui nomen *Aſwado Ibn Maphtiud*; qui cum equitatu ſibi addito *Meccam* uſque pervectus, greges populi *Meccani*, tam *Koreiſchiorum*, quam aliorum, abegit; in iiſque ducentos camelos *Abdolmotallibi Ibn Hasjemi*: (*Avi Muhammedis.*) Is tunc temporis princeps erat *Koreiſchiorum* ac dominus. Illi *Koreiſchii*, cum *Cenanitis*, & *Hudeilitis*, reliquiſque in territorio *Meccano* degentibus, agitabant quidem conſilia dimicandi cum *Abraha*; ſed mox ea, nullas ſibi vìres eſſe reputantes, abjecerunt.

*Meccam* deinde mittitur *Hiata Homerita*, cum mandatis, ut, quis princeps eſſet Civitatis, rogaret, eidemque denunciaret, *ita Vobis edicit Rex*; *equidem non venio ad bellum vobis inferendum*; *advenio tantum Aedem veſtram deſtructurus*; *pro qua ſi bello mihi non reſiſtatis*, *ſanguinis veſtri non indigeo. Quod ſi abſterreri nequeat*; *eum huc mihi ſiſtito. Hiata Meccam* ingreſſus rogitat quiſnam principem in ea ageret. Indicatur ei *Abdol-Motallib Ibn Hasjem*, *Ibn Kotſai.* Ad hunc accedens, quae *Abraha* in mandatis dederat, exponit. Tum *Abdolmotallib*, *per Deum*, inquit, *non quaerimus bellum*; *neque enim ei ſumus ſuſtinendo. Haec AEdis Dei ſacroſancta eſt*, *AEdiſque Amici ejus Abrahami*; quaeque alia ſimilia dixit; *quod ſi eam defendat ipſe*; *eſt profecto Domus ejus*, *ſacrumque ſeptum*, *ſin miſſam eam faciat*, *poteſtatique Regis permittat*; *per Deum! nihil nobis eſt quo eum propulſemus*; quaeque alia adjecit. Ibi *Hiata*, ergo ad Regem contende; mandavit enim te ut ad ſe adducerem. *Abdolmotallibus* cum eo in viam ſe dans, ſimulque quidam Filiorum ejus, ad caſtra pertendit. Ibi *Dſu Nepherum*, veterem amicum, quae-

صديقا حتى دل عليه فجاءه وهو في مجلسه
فقال له يا ذا نفر هل عندك غنا فيما نزل
بنا فقال له ذو نفر وما غنا رجل اسير
بيدي ملك ينتظر ان يقتله غدوا او عشيا
ما عندي غناء في شي مما نزل بك الا ان
انيسا سايس الفيل لي صديق فسارسل اليه
فاوصيه بك واعظم عليه حقك واساله ان يستاذن
لك على الملك فتكلمه بما تريد ويشفع لك
عنده بخير ان قدر على ذلك قال حسبي فبعث
ذو نفر الى انيس فقال يا انيس ان عبد المطلب
سيد قريش وصاحب عير مكة يطعم الناس
بالسهل والوحوش في رووس الجبال وقد اصاب
له الملك مايتي بعير فاستاذن له عليه
وانفعه عنده بما استطعت قال افعل فكلم
انيس ابرهه فقال ايها الملك هذا سيد
قريش ياتك فاستاذن عليك وهو صاحب عير
مكة يطعم الناس بالسهل والوحوش في رووس
الجبال فاذن له عليك فليكلمك بحاجته
فاحسن اليه فاذن له ابرهه وكان عبد المطلب
رجلا عظيما وسيما جسيما فلما راه ابرهه اجله
واكرمه ان يجلس تحته وكره ان يراه الحبشة
يجلسه معه على سرير ملكه فنزل ابرهه عن
سريره فجلس على بساطه واجلسه معه عليه
الى جنبه ثم قال لترجمانه قل له ما حاجتك
الى الملك فقال له ذلك الترجمان فقال عبد
المطلب حاجتي الى الملك ان يرد على مايتي
بعير اصابها لي فلما قال له ذلك قال ابرهه
لترجمانه قل له قد كنت اعجبتني حين رايتك
ثم زهدت فيك حين كلمتني اتكلمني

في

quaeritans, ad eum perducitur; in conſeſſumque ejus admiſſus, *Heus Dſu Nepher*, inquit, *eſt ne penes te auxilii quid adverſus id quod in nos deſcendit?* Reſpondit *Dſu Nepher; & quid auxilii penes virum captivum inter manus Regis; quique ſe ab eo necatum iri expectet mane, veſperi. Nihil enimvero opis penes me adverſus id, quod in te ingruit; niſi quod Aniſus magiſter Elephanti amicitia mihi junctus. Ad eum mittam; eique te ac dignitatem tuam maximo commendans opere, rogabo eum, veniam tibi impetret ad Regem, ut cum eo colloquaris pro voto; ſimulque pro te apud Eum intercedat, ſi poſſit.* Tum ille, *ſuffecerit mihi.* Miſit itaque *Dſu Nepher* ad *Aniſum*, ſignificans ei, *Abdolmotallibus Koreisjiorum Princeps, & commeatus Meccani praefectus; is eſt, qui homines cibat in planitie; feraſque in verticibus montium. Hunc Rex damno ducentorum camelorum adfecit. Tu vero aditum ei ad Regem impetra; eumque, quoad poteris, juva.* Ille, *faciam*, inquit, ac mox cum *Abraha* egit, dicens, *O Rex, Princeps Koreisjiorum ad te venit, ſalutare te cupiens. Is commeatui Meccano praefectus homines cibat in planitie; feraſque in verticibus montium. Hunc admittas, ut tecum de re ſua colloquatur; eique benignum te praebeas.* Veniam dat *Abraha.* Erat *Abdolmotallibus* Vir procerus, egregia forma, ac corporis dignitate. Eum quum vidiſſet *Abraha*, honorifice excepit, digrioremque habuit, quam ut infra ipſum ſederet. Quum tamen nollet *Habaſſinos* eum videre in ſolio regni ſecum collocatum, ipſe *Abraha* de throno deſcendit; atque ſuper ſtrato reſidens, eum ſibi a latere aſſidere juſſit. Tum mandat interpreti ſuo, ut rogaret eum quid petitum veniſſet a Rege. *Abdolmotallibus* interpreti ipſum ita compellanti reſpondit; *petitio mea ad Regem haec eſt, ut mihi reſtituat ducentos camelos, quos abegit mihi.* Hæc quum dixiſſet, tum interpreti ſuo *Abraha, Dic ei, profecto admirationem mihi moviſti quum adſpexi te; averſor autem te, quum locutus es mecum. An loqueris mecum*

في مايتي بعير قد اصبتها لك وتترك بيتا
هو دينك ودين ابايك وقد جيت لهدمه لا
تكلمني فيه قال له عبد المطلب اني
انا رب الابل وان للبيت ربا سيمنعه قال
ما كان ليمنع مني قال انت وذاك اردد
الي ابلي ۞

وكان فيما زعموا اهل العلم قد ذهب عبد
المطلب الى ابرهه حين بعث اليه حباطه لعمرو
بن نغاثه بن عدي بن الديل بن بكر بن عبد مناف
بن كنانه وهو يومئذ سيد بني كنانه وخويلد
بن وايله الهذلي وهو يومئذ سيد هذيل
فعرضوا علي ابرهه ثلث اموال اهل تهامه
علي ان يرجع عنهم ولا يهدم البيت فابي
عليهم فالله اعلم ۞

وكان ابرهة قد رد علي عبد المطلب
الابل التي اصاب له فلما انصرفوا عنه انصرف
عبد المطلب الى قريش فاخبرهم الخبر وامرهم
بالخروج من مكة والتحرز في شعف الجبال
والشعاب خوفا عليهم معرة الحبشة ثم
قام عبد المطلب فاخذ بحلقة الباب باب
الكعبة فقام معه نفر من قريش يدعون
الله ويستنصرونه على ابرهه وجنده وقال عبد المطلب
وهو اخذ بحلقة باب الكعبة

يا رب لا ارجوا لهم سواكا ۞
يا رب فامنع منهم حماكا ۞
ان عدو البيت من عاداكا ۞
امنعهم ان يخربوا قراكا ۞

ثم قال ايضا

اللهم

*de ducentis camelis, quos abegi tibi; & omittes AEdem, quae tua tuorumque Patrum sit Religio? Ad hanc diruendam quum advenerim, nihil tamen pro ea intercedis.* Regessit *Abdolmotallibus; Enimvero Dominus Ego sum camelorum; AEdi autem sacrae suus est Dominus, qui eam defenset.* Ille iterum, *eam a me non defensabit.* Responsum; *Tu experieris; restitue modo camelos.*

Eruditi adfirmant, quum *Abdolmotallibus* ad *Abraham* contendit, misisse quoque *Hiatam* ad eundem *Amrou Ibn Nephatha, Ibn Adi, Ibn Addeil, Ibn Becr, Ibn Abd Menaph, Ibn Kenana;* qui tunc Dominus erat *Kenanitarum:* itemque *Chowailid Ibn Wayela, Hudeilitam,* qui tunc *Hudeilitarum* Principem agebat: eosque *Abrahae* obtulisse tertiam partem opum Populi *Tehamae;* ea conditione ut ab ipsis absisteret, neque AEdem demoliretur: sed Eum noluisse. Deus novit.

Interea *Abraha* camelos abactos *Abdolmotallibo* restituerat; qui digressis omnibus, ad *Koreisjitas* reversus, iis rem enarrat, jubetque, ut *Mecca* egressi refugiant ad cacumina montium, fissurasque; metu noxae ab *Habassiis* ingruiturae.

Adstitit dein *Abdolmotallibus*, atque annulum portae AEdis Sacrae arripuit. Adstiterunt quoque nonnulli e *Koreischiis;* invocantes Deum, ejusque opem adversus *Abraham*, & exercitum ejus, implorantes. *Abdolmotallibus* annulum januae AEdis Sacrae retinens cecinit:

*O Domine! nulla mihi spes adversus eos, praeter Te.*
*O Domine! at Tu defensa pomoerium Tuum*
*Utique hostis AEdis est, quisquis Tibi hostilis est:*
*Depulsa eos, ne vastent urbes Tuas.*

Subjecit & haec:

Similiter fere p. 90.

اللهم ان المرء يمنع رحله
وحلاله فامنع حلالك ❁
لا يغلبن صليبهم ومحالهم
عدوا محالك ❁
ولم اسمع بارجس من رجال
ارادوا العز فانتهكوا حرامك ❁
جروا جموع بلادهم والفيل
كي يسبوا عيالك ❁

ثم ارسل عبد المطلب حلقة الباب باب
الكعبه وانطلق هو ومن معه من قريش
الى شعف الجبال فتحرزوا فيها ينتظرون
ما ابرهه فاعل بمكة اذا دخلها فلما
اصبح ابرهه تهيا لدخول مكة وهيا فيله
وعبي جيشه وابرهه مجمع لهدم البيت
ثم الانصراف الى اليمن فلما وجهوا الفيل
اقبل نفيل بن حبيب الخثعمي حتى قام
الى جنبه ثم اخذ باذنه فقال ابرك محمود
وارجع راشدا من حيث جيت فانك في
بلد الله الحرام ثم ارسل اذنه فبرك الفيل
وخرج نفيل بن حبيب يشتد حتى
صعد في الجبل وضربوا الفيل ليقوم
فابي وضربوا في راسه بالطبرزين ليقوم
فابي فادخلوا محاجن لهم في مراقه
فنزعوه ليقوم فابي فوجهوه راجعا الى
اليمن فقام يهرول ووجهوه الى الشام ففعل
مثل ذلك ووجهوه الى المشرق ففعل مثل
ذلك ووجهوه الى مكة فبرك ❁

وارسل الله عليهم طيرا من البحر
امثال الخطاطيف مع كل طير
منها

*O Deus! Vir utique defensat sedem suam*
*Et hospites suos; & Tu hospites tuos defende.*
*Non vincat Crux eorum, & circus,*
*Hostili impetu Tuum circum.*
*Etenim nunquam audivi turpiores virorum,*
*Qui gloriae cupidi violarint Sacrosanctam tuam sedem.*
*Trahunt regionum suarum agmina & elephantes,*
*Ut captivam trahant clientelam tuam.*

Dimisit deinde *Abdolmotallibus* annulum januae AEdis Sacrae, atque ipse quoque cum iis qui e *Koreischiis* ei aderant ad cacumina montium semet recepit. Ibi se communientes expectabant quid facturus esset *Abraha* in urbe *Meccana*, ubi eam intrasset. Quum aurora illuxisset *Abrahae*, paravit se ad *Meccam* ingrediendam; Elephantoque apparato, & exercitu instructo, AEdi diruendae unice intendit, *Jemanam* mox reversurus. Quum autem *Elephantum* propellerent, accessit *Naphyl Ibn Habyb Chathamaeus*, ejus lateri se applicans; arreptaque aure ejus dixit, *ingenicula Mahmoude, & recta illuc redito, unde advenisti; namque in regione Dei Sacrosancta existis.* Tum dimissa aure procubuit Camelus: & *Naphyl Ibn Habyb* curriculo se subduxit, montesque conscendit: illi vero verberare camelum, ut consurgeret; eoque abnuente secures capiti incutere; obstinantique clavas aduncas in tempora adigere, atque ad surgendum convellere. Sed & sic abnuit. Inde tanquam rediturum *Jemanam* versus direxerunt; surrexitque semet in cursum incitans. In *Syriam* quoque obversus idem factitavit. Consimiliter ad Orientem. Tandem *Meccam* versus compulsus iterum in genua procubuit.

Tum immisit in eos Deus a mari volucres hirundinibus similes, quarum quaeque tres gestabat lapillos, unum ro-

منها ثلاثة احجار يحملها حجر في
منقاره وحجران في رجليه مثل الحمص والعدس
لا تصيب منهم احدا الا هلك وليس كلهم اصابت
وخرجوا هاربين يبتدرون الطريق الذي منه جاوا
ويسالون عن نفيل بن حبيب ليدلهم على الطريق الى
اليمن فقال حين راي ما انزل الله بهم من نقمته

اين المفر والاله الطالب ❂ .
والاشرم المغلوب غير الغالب ❂

فخرجوا يتساقطون بكل طريق ويهلكون على
كل منهل واصيب ابرهه في جسده فخرجوا به
معهم تسقط انامله انملة انملة كلما
سقطت منه انملة اتبعتها مدة تمت
قيحا حتى قدموا به صنعاء وهو مثل
فرخ الطير فما مات حتى انصدع صدره في
تراقيه فيما يزعمون ❂
ولما هلك ملك اليمن في الحبشة ابنه
يكسوم بن ابرهه وبه كان يكني فذلت حمير
وقبايل اليمن ووطيهم الحبشة فنكحوا نساهم
وقتلوا رجالهم واتخذوا ابناءهم تراجمة بينهم وبين
العرب قريشا وقالوا اهل الله قاتل الله عنهم
فكفاهم موونة عدوهم ❂
ولما هلك يكسوم بن ابرهه ملك اليمن في
الحبشة اخوه مسروق ابن ابرهه فلما طال
البلاء على اهل اليمن ( وكان ملك الحبشة
باليمن فيما بين ان دخلها ارياط الى ان قتلت
الفرس مسروقا واخرجوا الحبشة من اليمن ثلث
وسبعين سنة توارث ذلك منهم اربعة ملوك
ارياط ثم ابرهه ثم يكسوم بن ابرهه ثم مسروق
ابن

ſtro, duoſque alios pedibus, inſtar ciceris aut lentis. Hi neminem percuſſerunt, quin perierit; nec tamen omnes percuſſi. Reliqui celeri ſe fugae mandarunt, viam quam venerant remenſuri; atque *Naphyl Ibn Habyb* rogarunt, ut ſe ducem ipſis in *Jemanam* praeberet. At ille conſpecta quae in eos incubuerat vindicta Numinis canere

*Ubinam effugium; quum Deus Ultor!*
*Fiſſoque naſo Abraha Victus ſit; non Victor!*

Perrexere dein per omnem paſſim viam procidentes, atque ad omnem manſionem male pereuntes. Ipſe *Abraha* quoque peſſime per totum corpus affectus, atque ab iis avectus digitis articulatim decidentibus, nullo articulo diffluente, qui non foedum pus ſpiraret, ſanguine commixtum. Sic *Sanaäm* perlatus pulli inſtar trepidans, mori non potuit, donec pectus ei inter claviculas diffinderetur, quemadmodum aſſeverant.

Quum autem *Abraha* periiſſet, regnum *Jemanae* inter *Habaſſios* obtinuit filius ejus *Jecſoum Ibn Abraha* eo nomento. Tum oppreſſos *Homeiritas*, ac tribus *Jemanenſes*, conculcarunt *Habaſſii*, faeminas conſtuprando, viros trucidando, liberoſque abripiendo, ut interpretes agerent inter ipſos & *Arabes Koreiſchitas:* populo De orante, ut pro iis propugnaret, vexationemque hoſtilem ab iis depelleret.

Poſt *Jecſoumi* interitum *Jemanae* inter *Habaſſios* potitus eſt frater ejus *Meſruk Ibn Abraha*. Quum autem longior in populum *Jemanenſem* calamitas incubaret (nempe *dominatio Habaſſiorum* in *Jemana*, ex quo eam ingreſſus fuit *Ariatus*, uſque quo *Perſae Meſroukum* occiderunt, atque *Habaſſios* e *Jemana* expulerunt, tres & ſeptuaginta annos duravit, per quatuor Reges continuata ſucceſſione, *Ariatum* nempe, mox *Abraham*, dein *Jecſumum*, tandemque

*Meſ-*

ابن ابرهه ) فخرج سيف بن ذي يزن الحميري
وكان يكني بابي مره حتي قدم على قيصر
ملك الروم فشكا اليه ما هم فيه وطلب اليه ان
يخرجهم عنه ويليهم هو ويبعث اليهم من شاء من
الروم فيكون له ملك اليمن فلم يشكه ولم
يجد عنده شيا مما يريد فخرج حتي قدم
الحيرة على النعمان بن المنذر وهو عامل كسري
على الحيرة وما يليها من ارض العراق
فشكا اليه ما هم فيه من البلاء والذل فقال
له النعمان ان لى على كسري وفادة كل عام
فاقم عندي حتي يكون ذلك فاخرج بك معي
فاقام عنده حتي خرج النعمان الي كسري فخرج
معه الي كسري فلما قدم النعمان لي كسري
وفرغ من حاجته ذكر له بسيف بن ذي يزن
وما قدم له وسال ان ياذن له عليه ففعل وكان
كسري انما جلس في ايوان مجلسه الذي فيه
تاجه مثل القنقل العظيم مضروبا فيه الياقوت
والزبرجد واللولو والذهب والفضة معلقا
بسلسلة من ذهب في راس طاق مجلسه
ذلك كانت عنقه لا تحمل تاجه انما
يستر بالثياب حتي يجلس في مجلسه
ذلك ثم يدخل راسه في تاجه فاذا
استوي في مجلسه كشف الثياب عنه
فلا يراه رجل لم يره قبل ذلك الا برك
هيبة له ۞

فلما دخل عليه سيف بن ذي يزن برك ثم قال
ايها الملك غلبتنا على بلادنا الاغربة فجيتك لتنصرني
عليهم وتخرجهم عني ويكون ملك بلادي لك فانت
احب الينا منهم قال بعدت ارضك من ارضنا وهي ارض
قليلة

*Mesrukum*) tum vero egressus *Seiph Ibn Dsi Jezen Homeirita*, qui cognominatus *Abi Morra*, ad *Caesarem Romanum* se contulit; cum eoque conquestus de miseriis, quibus cum maxime urgerentur, ut se inde eriperet postulavit, missoque quem vellet e *Romanis*, ipse rerum potiretur, atque Regnum *Jemanae* teneret. Eum non exoravit, neque quicquam opis desideratae impetrare potuit. Digressus itaque, *Hiram* se contulit ad *Nomanum Ibn Mondiri*, qui *Cosroïs* nomine *Hirensem* provinciam atque conterminam *Iracae* regionem praesidebat. Ei similiter quid calamitatis & vexationis paterentur conquerenti respondit *Nomanus*, mihi legatio quotannis ad *Cosroëm*, obeunda; remaneto proinde apud me, donec tempus illud venerit; ut Te mecum deducam. Remansit itaque apud eum, donec *Nomanus* ad *Cosroëm* contenderet, eique se comitem addidit. *Nomanus* ad *Cosroëm* admissus, transactis negotiis suis rem *Seiphi Ibn Dzi Jezen*, & cur venisset, exponit, atque accedendi veniam pro eo rogat. Annuit *Cosroës*. Solebat autem *Cosroës* ad audientiam praebendam praesidere in porticu, in qua corona ejus instar *majoris Medimni* composita *hyacinthis*, *smaragdis*, *margaritis*, *auroque & argento*, aurea catena suspendebatur e summo lacunari consessus ejus. Id ideo fiebat, quod collum coronam sustinere non valeret. Obvelabatur ergo usque dum ibi assedisset, atque caput in coronam istam immisisset. Sic conscenso insessoque solio vela removebantur, neque quisquam eum adspicere recens poterat, quin adorabundus procideret.

Quum *Seiphus Ibn Dzi Jezen* introductus esset, procubuit; deinde infit: *O Rex! Corvi (Nigritae) regiones nostras oppressere: accedo itaque opem adversus eos expetens, ut iis ejectis, terris meis imperites: Tu enim multo mihi gratior.* At ille, *Terra tua longius a nostra distat, eaque parum*

R *fru-*

قليلة الخير انما الشاء والبعير وذلك
مما لا حاجة لنا به فلم اكن لاورط جيشا
من فارس بارض العرب لا حاجة لى بذلك ثم
امر فاجيز بعشرة الف درهم وكساه كسوة
حسنة فلما قبض ذلك سيف بن ذي يزن
خرج فجعل ينثر الورق للناس ينتبعها
الصبيان والعبيد والاما فلم يلبث ذلك
ان دخل على كسري فقيل له العربي
اعطيته ما اعطيته ينثر دراهمه للناس
نهبها العبيد والصبيان والاما فقال
كسري ان لهذا الرجل لشانا اتوني به
فلما دخل عليه قال عمدت الى حبا الملك
الذي حباك به تنثره للناس قال وما
اصنع بالذي اعطاني الملك ما جبال ارض الذي
جيت منها الا ذهب وفضة يرغبه فيها لما راي من
زهادته فيها انما جيت الملك ليمنعني من الظلم
ويدفع عني الذل فقال له كسري اقم عندي حتي
انظر في امرك فاقام عنده وجمع كسري مرازبته
واهل الراي ممن كان يستشيره في امره فقال ما
ترون في امر هذا الرجل وما حاله فقال قايل
منهم ايها الملك ان في سجونك رجالا قد حبستهم
للقتل فلو انك بعثتهم معه فان هلكوا كان الذي
اردت بهم وان ظهروا على بلادهم كان ملكا ازددته
الى ملكك فقال ان هذا الراي احصوا لى كم في
سجوني من الرجال فحسبوا له فوجدوا في سجونه ثمان
ماية رجل وقال انظروا الى افضل رجل منهم حسبا
وبيتا اجعلوه عليهم فوجدوا افضلهم حسبا وبيتا وهرز
وكان ذا سن فبعثه مع سيف وامره على اصحابه ثم
حملهم في ثمان سفاين في كل سفينة ماية رجل وما
يصلحهم في البحر ۞
فخرجوا

*fructuosa: ovibus quidem & camelis pollens, sed iis nos nulli indigemus. Nolim proinde exercitum* Persarum *pro terra* Arabum *discrimini objectum ire. Haud opus mihi re tua.* Tum decem millibus aureorum eum donari jussit, adjecta veste speciosa. Accepto dono digressus *Seiphus Ibn Dsi Jezen*, spargere coepit nummos in vulgus, eosque pueri, servorumque ac servarum turba, rapuerunt. Res citra moram ad *Cosroëm* perfertur, renunciatumque Ei, *Arabs ille cui donasti quod donasti, spargit aureos suos in vulgus, ut pueri & famula turba eos diripiant.* At *Cosroës*, profecto, inquit, Viro huic dignatio insit necesse est. Sistite eum mihi. Denuo ingressum compellat: *Tune Regis donativo auctus, illud in vulgus dispergis?* Ille contra: *& quid facerem munere Regis; quum montes Terrae unde adveni nil nisi aurum sint & argentum?* (Nempe cupiditatem ei incutere quaerebat pro ea quam notaverat contemtione.) *Non accessi ad Regem, nisi ut me ab oppressione prohibeat, asque vexationem a me depellat.* Tum *Cosroës*, Tu vero apud me permaneto, dum de negotio tuo dispexero. Sic remanente eo, convocavit *Cosroës* satrapas suos, & consiliarios, quos rebus suis adhibere solebat; rogavitque, quid de Viri hujus negotio statuque cernerent. Eorum aliquis ita disseruit: *Sunt, O Rex, in carceribus tuis multi, quos ad necem attines vinctos. Hos ubi cum eo emiseris, si perierint habes quod intendebas: sin regiones istas subegerint, Regnum Regno tuo adjectum habebis.* Tum ille, *praeclarum sane consilium: computate itaque quot in carceribus vinctos habeam.* Calculo inito inventi in vinculis octingenti Viri. Mandavit praeterea, ut quem inter eos existimatione & nobilitate praestare reperissent, iisdem praeficeretur. Praecellere hisce repertus *Wehrazus*, jam annis gravis. Hunc cum *Seipho* sociisque ejus expeditionem illuc suscipere jussit, impositos in octo naves; centum in quamque navim;

فخرجوا حتى اذا لججوا في البحر غرقت من
السفن سفينتين بما فيها وخلص الى ساحل
اليمن من ارض عدن ست سفاين فيهن ستماية
رجل فلما اطمانوا بارض اليمن قال وهرز
لسيف ما عندك قال ما شيت من رجل عربي وفرس
عربي ثم اجعل رجلي مع رجلك ثم نموت جميعا قال
وهرز انصفت واحسنت فجمع اليه سيف من
استطاع من قومه وسمع بهم مسروق بن ابرهه فجمع
اليه جنده من الحبشه ثم سار اليه حتى تقارب
العسكران ونزل الناس بعضهم الى بعض وبعث وهرز
ابنا له كان معه يقال له بوذاد على جريدة خيل
فقال له ناوشهم القتال حتى تنظر كيف قتالهم
فخرج جريدة اليهم فناوشهم شيا من قتال ثم تورط
في مكان لم يستطع الخروج منه فقتلوه فزاد ذلك
وهرز حنقا عليهم وجرا على قتالهم فلما تواقف
الناس على مصافهم قال وهرز اروني ملكهم قالوا
اتري رجلا على الفيل قاعدا تاجه على راسه بين
عينيه ياقوتة حمراء قال نعم قالوا ذاك ملكهم قال
اتركوه فوقفوا طويلا ثم قال على ما هو قالوا قد
تحول على الفرس فقال اتركوه فوقف طويلا ثم
قال على ما هو قالوا قد تحول على البغلة قال
ابنت الحمار ذل وذل ملكه هل تسمعون
اني سارميه رمية فان رايتم اصحابه وقوفا لم يتحركوا
فاثبتوا حتى اوذنكم فاني قد اخطات الرجل
وان رايتم القوم قد استداروا ولاذوا به فقد
اصبت الرجل فاحملوا عليهم ❁

ثم اوتر قوسه وكانت فيما يزعمون لا
يوترها غيره من شدتها ثم امر بحاجبيه
فعصبا له ثم وضع في قوسه نشابة فمعط
فيها

ad maritimum curſum ornatos atque inſtructos. Iis egreſſis, altumque jam tenentibus, duae naves, cum omnibus quae inerant, hauſtae: ſex reliquae, cum ſexcentis viris ad *Jemanenſe* littus in terram *Adenis* evaſerunt. Exſcenſione in *Jemanam* facta *Wehrazus Seiphum* rogat, numquid auxiliorum tibi? At ille, quantum velis, nudi viri, equique. Hos tuis adjicies comites, commori paratos omnes. Tum *Wehrazus*, honeſta & pulcra oratio. Collegit itaque *Seiphus* quos potuit de gente ſua. Re audita *Meſrouk Ibn Abraha*, contractis *Habaſſiorum* copiis, ad eos contendit. Ambo caſtra in propinquo conſederunt. Tum *Wehrazus* filium ſecum eductum, *Joudadum* nomine, cum equeſtri turma emittit, velitationem cum hoſtibus initurum, eorumque Martis ſpecimen capturum. Progreſſa turma illa, poſt levem velitatiunculam, praecipitat in locum unde exitus non dabatur. Ibi ille occiſus. *Wehrazus* ira ſuccenſus congredi mox parat. Acie utrimque inſtructa *Wehrazus*; *Oſtendite mihi*, inquit, *Regem eorum.* Rogant, *ecquid Virum cernis Elephanto inſidentem, cui corona in Capite, cum hyacintho rubro inter oculos?* Recte vero, inquit: illi; hic Rex eorum. Sinite eum, inquit. Quum aliquamdiu ſubſtitiſſent, rogat quo nunc veheretur? illi in equum tranſcendiſſe dixerunt. Sinite eum, inquit. Iterum mora interpoſita, rogat, quid jam inſcendiſſet? reſponſumque, in mulum tranſſiluiſſe. Tum ille, *Nil aſini nate vilius: eviluit regnum ejus. Sed heus Vos! ictum in eum dirigam. Quod ſi videatis comites ejus perſtare, neque ſe commovere, veſtrum fuerit gradum tenere, donec veniam dedero; neque enim tunc ferierim hominem. Sin videritis eos conglobari eique circumvolvi, profecto tetigero eum; in eoſque voſmet invehatis velim.*

Tetendit deinde arcum ſuum, quem a nemine unquam praeter eum adduci potuiſſe aſſeverant, ob duritiem; atque ſupercilia ſibi ſubſtringi praecipiens, telum arcui impo-

 ſuit;

فيها حتي اذا ملاها ارسلها فصل بها الياقوتة التي
بين عينيه فتغلغلت النشابة في راسه
حتي خرجت من قفاه وتنكس عن دابته
واستدارت الحبشة ولاذت به ودمات عليهم الفرس
وانهزمت الحبشة فقتلوا وهرب شريدهم في كل وجه ۞
فاقبل وهرز يريد صنعاء يدخلها حتي
اذا اتي الباب قال لا تدخل رايتي منكسة
ابدا اهدموا الباب فهدموا باب صنعاء ثم
دخلها ناصبا رايته يسار بها بين
يديه ۞
فلما ملك اليمن ونفا عنها الحبشة كتب
الى كسري اني قد ضبطت اليمن واخرجت من كان
بها من الحبشة وبعث اليه بالاموال فكتب
اليه كسري يامره ان يملك سيف بن ذي يزن علي
اليمن وارضها وفرض كسري علي سيف بن ذي
يزن جزية وخرجا يوديه اليه في كل عام معلوما
يبعث اليه في كل علم وكتب الى وهرز ان ينصرف
اليه وهرز وملك سيف بن ذي يزن علي اليمن
وكان ابوه ذو يزن من ملوك اليمن ۞
فلما انصرف وهرز الى كسري وملك سيفا علي
اليمن عدا علي الحبشه فجعل يقتلها ويبقر النسا
عما في بطونها حتي اذا افناها الا بقايا ذليلة قليلة
فاتخذهم خولا واتخذ منهم حرابين يسعون بين
يديه بحرابهم فمكث بذلك حينا غير كثير ثم
انه خرج يوما والحبشة يسعي بين يديه بحرادهم حتي
اذا كان في وسط منهم وجوه بالحراب حتي قتلوه ووثب
بهم رجل من الحبشة فقتل باليمن واوعث فافسد ۞
فلما بلغ ذلك كسري بعث اليهم وهرز في اربعة
الاف من الفرس وامره الا يترك باليمن اسود ولا ولد
عربية

fuit; idque arcu in plenum orbem sinuato ita evibravit, ut hyacinthum inter oculos pendulum configeret, telumque in caput demersum a postica parte exiret. Ille jumento praeceps devolvitur; *Habassiorum* agminibus homini sese circumvolventibus. Ibi tum invectis *Persis* fracti caesique *Habassii:* reliqui quaquaversum fuga dilapsi.

Tum *Webrazus* iter *Sanaäm* intendit, eam intraturus: ad portamque pervectus eam dirui jussit, negans fas esse ut vexillum ejus unquam inclinaretur. Portam proin dirui jubet. Diruitur; erectoque vexillo, atque inter manus praelato, *Sanaäm* victor intravit.

Quum ita *Jemanam* occupasset, indeque *Habassios* ejecisset, ad *Cosroëm* perscripsit, *Regionem subjugavi, & quicquid in ea Habassiorum, inde expuli.* Magnas simul divitias transmisit. Rescripsit *Cosroës*, mandavitque, ut Regem terrae *Jemanensis* constitueret *Seiphum Filium Dsi Jezen.* Huic a *Cosroë* impositum tributum ac vectigal certum, quod quotannis pendere ac transmittere deberet. *Webrazo* deinde domum revocato, regnum obtinuit *Seiphus*, Filius *Dzi Jezen*; qui & ipse e Regibus fuerat *Jemanae.*

Quum *Webrazus* ad *Cosroëm* reversus esset, *Seiphumque* Regem ordinasset, is *Habassios* infestare ac trucidare coepit, fissis mulierum ventribus ipsos quoque foetus extinguens; sic ut eos penitus delerit, exceptis vilibus parvisque reliquiis. His servili conditione esse jussis, inde elegit sibi Satellites, qui cum hastis ipsum comitarentur. Id ei haud longum fuit: egredientem enim die quodam *Habassii* cum hastis praegressi circumdederunt, impetuque undique dato obtruncarunt. Horum *Habassiorum* aliquis imperium iterum invasit, *Jemanamque* caedibus miscuit atque evastavit.

Rei nuncio ad *Cosroëm* perlato, misit denuo *Webrazum* cum quatuor millibus *Persarum*, edicens simul, ne quemquam

عربية من السود الا قتله صغيرا او كبيرا
ولا يدع رجلا جعدا قططا الا قتله
فاقبل وهرز حتي دخل اليمن
ففعل ذلك لم يترك بها حبشيا الا
قتله ۞

ثم كتب الي كسري بذلك فامره كسري
عليها وكان يجبيها الي كسري حتي هلك
وامر كسري بعده المرزبان بن وهرز فكان
عليها حتي هلك فامر كسري بعده ابن
المرزبان ثم ان كسري غضب عليه ونزعه
وبعث باذان الي اليمن فلم يزل عليها حتي بعث
الله رسوله محمدا صلي الله عليه وسلم ۞




quam *Nigrum* in *Jemana* relinqueret, ne ſi ex muliere *Arabica* quidem quiſquam eorum natus eſſet; quin univerſos extirparet, parvum juxta ac magnum; neque quemquam criſpa tortilique coma praeditum ſupereſſe ſineret. *Webrazus* regionem continuo ingreſſus, mandata exequitur, omneſque in univerſum *Habaſſios* occidione delevit.

Hac re ad *Coſroëm* perſcripta, rebus praeſidere jubetur; tributaque ibi *Coſroï* exegit ad mortem uſque. Praefectura deinde a *Coſroë* conceſſa *Merzebano* Filio *Webrazi*, qui ad mortem quoque praeſedit. Hujus item Filio praefectura transmiſſa: ſed iratus mox *Coſroës*, eum removit; ſubmiſitque *Badſanum*; qui res adminiſtrare non deſtitit, donec mitteret Deus Legatum ſuum *Muhammedem* omni benedictione cumulatum.

FINIS.





# HISTORIA
## EVERSI REGNI
# JOCTANIDARUM
IN
# ARABIA FELICE
EX
# MESOUDIO.

## من كتاب

# مروج الذهب ومعادن الجوهر

## لابن مسعود

ثم ملك بعده لخنيعة ذى شناتر ولم يكن من اهل بيت الملك فغزل الاحداث من ابنا الملوك وطالبهم ما يطالب به النسوان واظهر الفسق باليمن واللواط وكان ملكه ثلاثين سنة وقيل تسعا وعشرين فقتله يوسف ذى نواس وكان من ابنا الملوك خوفا على نفسه ان يفسق به ۞

ثم ملك بعده يوسف ذى نواس بن زرعة بن تبع الاصغر ۞

وقد ذكرنا خبره في غير هذا الموضع من كتابنا وما كان من امره مع اصحاب الاخدود وتحريقهم بالنار وهم الذين اخبر الله عنهم في كتابه تعالي قتل اصحاب الاخدود نار ذات الوقود ۞

واليه عبرت الحبشة من بلاد ناصع والزيلع وهو ساحل الحبشة على حسب ما ذكرنا الي بلاد غلافقة عن ساحل ارض اليمن فغرق يوسف ذى نواس نفسه بعد حرب طويل خوفا من العار

# EX LIBRO INSCRIPTO
# PRATA AURI,
ET
# FODINÆ GEMMARUM
## AUCTORE MESOUDIO.

Regnavit deinceps *Lachnia Dſu Shanathir*; e domo Regia non oriundus. Is amatorie compellare ſuetus juniores Filios Regum, eos flagitabat, quod a feminis flagitari ſolet; atque in *Jemana* impudicitiam & *Sodomæa* ſcelera palam patravit. Duravit regnum ejus triginta, vel ſecundum alios, vigintl novem annos: eumque interemit *Joſeph Dſu Nowas*; qui e familia erat Regum, præmetuens ſibi, ne ipſum conſtupraret.

Sic regnum tenuit *Joſeph Dſu Nowas Zeraæ* filius, *Tobbai* minoris nepos.

Hujus Hiſtoriam commemoravimus alio in loco Libri noſtri; & quid perpetraverit cum *ſodalibus Foſſæ*, & quomodo eos igne combuſſerit. Hi ſunt, quorum mentionem fecit Deus in *Alcorano*; quum ait O. M. *Occiſi ſunt ſodales Foſſæ igne flagrantiſſimo.*

Ad eum transfretarunt *Habaſſii* e regionibus *Natzia* & *Zeilaa*, (quæ litorales ſunt *Habaſſiæ*, ut memoratum alibi) in tractus *Galaphikæ* qui *Jemanenſis* ſunt ditionis. Poſt longum autem bellum ſemet ſubmerſit *Dſu Nowas*, metu opprobrii. Duravit regnum ejus circiter ſexaginta annos,

 quam-

العار وكان ملكه ما نيف وستين سنة وقيل اقل من ذلك وذلك ان النجاشي ملك الحبشة لما بلغه ما فعل ذو نواس باتباع المسيح وما يعذبهم به من انواع العذاب والنيران عبر بالحبشة اليه وعليهم ارياط ابو صحم فملك اليمن عشرين سنة ۞

ثم وثب عليه ابرهة الاشرم ابو يكسوم فقتله فملك اليمن فلما بلغ ذلك النجاشي غضب وحلف بالمسيح ان يجز ناصيته ويهريق دمه ويطا تربته يعني ارض اليمن فبلغ ذلك ابرهة فجز ناصيته فجعله في حق من العاج وحمل من دمه في قارورة وحمل في جراب من تراب اليمن وانفذ ذلك الى النجاشي ملك الحبشة واضاف الى ذلك هدايا كثيرة والطافا وكتب اليه يقر له بالعبودية ويحلف له بدين النصرانية انه في طاعته وانه بلغه ان الملك حلف بالمسيح ان يجز ناصيتي وان يهريق دمي وان يطا تربتي وقد انفذت اليه ناصيتي فخذها بيدك ودمي في قارورة فاهرقه فجراب من تربة بلادي فطاه بقدميك واكفف عني ايها الملك غضبك فقد ابررت يمينك وانت على سرير ملكك ۞

فلما وصل ذلك النجاشي استصوب رايه واستحسن عقله وكان ذلك في ملك قباد ملك فارس وابرهة ابو يكسوم هو الذي سار باصحاب الفيل الى مكة لخراب الكعبة وذلك لاربعين سنة خلت من ملك انوشروان فعدل الى الطايف فبعث معه ثقيف بابي رغال ليدله على الطريق السهل

quamvis alii brevius dicant. Scilicet quum perveniſſet ad *Nagaſium* (Negus) regem *Habaſſiæ*, quæ *Dſu Nowas* in aſſeclas *Meſſiæ* edidiſſet, & quibus pœnis ignibusque eos excruciaſſet, trajecit *Habaſſios* ad illum; duce *Ariato Abutſachm.* Hic in *Jemana* (ſubjugata) per viginti annos regnavit.

Deinde inſiluit in eum *Abraha Elaſhram* (naſo fiſſus) *Abu Jecſoum*, eoque obtruncato regnum *Jemanæ* obtinuit. Hoc quum ad *Nagaſium* perlatum eſſet, ira percitus juravit per *Meſſiam*, ſe *antias ei præſecturum*, *ſanguinemque ejus profuſurum*, *atque terram ejus*, nempe *Jemanenſem illam*, *proculcaturum.* Re hac ad *Abraham* relata, comam ſibi præſecuit, eamque capſulæ eburnæ indidit. De ſanguine item ſuo aliquantum lagenæ infudit; & terræ *Jemanenſis* portionem ſacco incluſit. His ad *Nagaſium* Regem *Habaſſiæ* tramiſſis, addidit copioſa munera, & blandimenta, ad eum ſimul perſcribens, *ſe profiteri ſervitutem illius*, *atque per religionem Chriſtianam jurare*, *manſurum ſe in obedientia. Quum autem*, inquiebat, *reſciverim Regem per Meſſiam dejeraſſe*, *ipſum antias mihi præciſurum*, *ſanguinemque meum effuſurum*, *terramque adeo meam proculcaturum; en tramitto ad Eum comam meam*, *quam Tu manu Tua prehendito: & ſanguinem meum in lagena*, *quem Tu profundito; nec non ſaccum pulvere terræ meæ plenum; quem pedibus Tuis proculcato; atque comprimito a me*, *o Rex! iram tuam; namque expleveris religioſiſſime jusjurandum Tuum: idque in ſolio confidens Regni Tui.*

Quum hæc ad *Nagaſium* perveniſſent, hominis conſilium probavit, ingeniumque dilaudavit. Accidit hoc quum regnum *Perſiæ* teneret *Kobadus.* Hic *Abraha Abu Jecſoum* is eſt, qui cum *ſodalibus Elephanti Meccam* contendit, ut dirueret *Ædem ſacram;* quum jam quadraginta anni præteriiſſent regni *Anusjirwani*, (*Perſarum* regis.)

De-

السهل الى مكة فمات ابو رغال في الطريق
في موضع يقال له المغمس بين الطايف
ومكة فرجم قبره بعد ذلك والعرب يتمثل
بذلك ففي ذلك يقول ابن الحنظلى جرير
في الفرزدق ۞

اذا مات الفرزدق فارجموه
كرجمكم لقبر ابي رغال ۞

وكان ملك ابرهة على اليمن الى ان هلك
بعد ان رجع من الحرم وقد سقطت اناملة
وتقطعت اوصاله حين بعث الله عليهم الطير
الابابيل ثلثا واربعين سنة وكان قدوم
اصحاب الفيل مكة يوم الاحد لسبع عشرة
ليلة خلت من المحرم وسنة ثمان ماية
واثنين وثمانين للاسكندر ولست عشرة
سنة ومايتين من تاريخ العرب الذي اوله
حجة الغدر وسنذكر بعد هذا الموضع في
الموضع المستحق له من هذا الكتاب جملا
من تاريخ العالم وتاريخ الانبياء والملوك
في باب نفرده لذلك ان شاء الله تع ۞
ثم ملك اليمن بعد ابرهة الاشرم
ولده يكسوم وعم اذاه ساير الناس وزاد
على ابيه واخيه في الاذية وكانت امه
من ال ذي يزن وكان سيف بن ذي يزن
قد ركب البحر ومضى الى قيصر يستنجده
واقام ببابه سبع سنين فابي ان ينجده
وقال له انتم يهود والحبشة نصاري
وليس في الديانة ان ننصر المخالف
على الموافق فمضي الى كسري انوشروان
فاستنجده

Deflexit autem verſus *Tajipham*, atque *Thekyſii* cum eo *Abu Rigalum* miſere, qui planiorem ei viam *Meccæ* præmonſtraret. Is *Abu Rigal* mortuus in itinere, in loco cui *Magmas* nomen, inter *Tajipham* & *Meccam*. Ejus ſepulcrum poſtea lapidatum. Inde Proverbium formarunt *Arabes*: prout in *Pherezdakum* dixit *Ibn Handali Gjerirus*.

*Quum mortuus erit Pherezdacus, lapidibus eum obruite*
*Prout lapidare ſoletis ſepulcrum Abi Rigali.*

Regnum obtinuit *Abraha* ſuper *Jemanam* quadraginta tres annos: atque ab reditu a *Sacro ſepto* miſere diſperiit, articulis digitorum ei decidentibus, & convulſis omnibus membrorum commiſſuris, quum Deus ipſis *Aves Ababyl* dictas immiſiſſet. Incidit adventus ille *Sodalium Elephanti* verſus *Meccam* in diem primum, quum jam *ſeptendecim* noctes præteriiſſent menſis *Muharrem*, & quidem anno octingenteſimo octogeſimo ſecundo *Alexandri* M. anno autem ducenteſimo decimo *Æræ* illius *Arabum*, cujus initium ducitur ad *Feſtum Meccæ perfidia violatum*. Has aliasque *Æras Mundi*, *Prophetarum*, *Regumque*, loco convenientiore ſummatim hoc in Libro percenſebimus, volente Deo, capite peculiariter eis aſſignato.

Regnavit deinde in *Jemana*, poſt *Abraham Elashram*, Filius ejus *Jecſoum*; cujus violentia omnes in univerſum homines afflixit: quippe qui noxis inferendis patrem fratremque ſit ſupergreſſus. Ejus mater e familia fuit *Dſi Jezen*. Ejusdem Filius *Seiphus* (oppreſſo patrio regno) mare transvectus ad *Cæſarem* pertenderat, ſuppetias ab eo imploraturus. Hujus in aula ſeptem annis hæſit. *Cæſar* auxilium tandem recuſavit, dixitque ei, vos *Arabes* eſtis *Judæi*, at *Habaſſini* ſunt *Chriſtiani*. Non juſtum proinde, ut adjutemus Adverſarium contra Eum qui nobiscum ſentit.

T Per-

فاستنجده ومت اليه بالقرابة وساله
النصرة فقال له كسري وما هذا القرابة
التي ادليت بها الي قال ايها الملك الجلدة
البيضاء علي السوداء اذ كنت اقرب اليك
منهم فوعده انوشروان النصرة وشغل انوشروان بحرب
الروم وغيرها من الامم فمات سيف بن ذي يزن
واتي معدي كرب فصاح علي باب الملك فلما
سيل عن حاله قال لي قبل الملك ميراث فاوقف
بين يدي انوشروان فساله عن ميراثه فقال
انا ابن الشيخ الذي وعده الملك بنصرة علي
الحبشة فوجه معه الملك وهرز اصبهبد
الديلم في اهل السجون وقال ان فتحوا فلنا
وان هلكوا فلنا وكلا الوجهين فتح
فحملهم في السفن ومعهم خيولهم وغلمانهم
حتي اتوا البصرة وهي مرج البحر ولم يكن
يومئذ بصرة ولا كوفة وهذه مدن اسلامية
فركبوا في سفن البحر حتي اتوا ساحل
حضرموت موضع يقال له ميون فخرجوا
عن السفن وقد اصيب بعضهم في البحر
فامرهم وهرز ان يحرقوا السفن ليعلموا
انه الموت ولا وجه يوصلون المفر اليه
فيجهدون انفسهم ففي ذلك يقول رجل
من حضرموت

اصبح في ميون الف في المجن ۞
من رهط ساسان ورهط مهرجن ۞
ليخرجوا السودان من ارض يمن ۞
دلهم قصد السبيل ذوا يزن ۞

في شعر طويل ۞

ونسي

Perrexit itaque ad *Cosroëm Anushirwanum*, ejus auxilium petiturus; atque *propinquitatem* ad eum allegans, opem poposcit. Tum *Cosroës*, & *quænam* illa *propinquitas* ad quam provocas? Ille vero, *o Rex*, inquit, *cuticula alba prævalet nigræ: proinde propinquior Tibi sum illis.* Tum auxilium promisit *Anushirwanus:* sed quum distringeretur bello cum *Romanis*, aliisque gentibus, mortuus est *Seiphus* Filius *Dsi Jezen.* Accessit dein *Maadi Cerb;* atque ad Aulam Regis clamabundus stetit. Rogatus quid vellet? respondit, *mihi penes Regem Hæreditas est.* Tum ad præsentiam *Anushirwani* deductus est, cui de ista *hæreditate sua* interroganti regessit, *Ego sum Filius illius Principis, cui Rex opem promisit adversus Habassios.* Misit ergo Rex cum eo *Webrazum* præfectum *Deilami*, addita ei quæ in carcerem condita fuerat viliore turba; *si vincant* inquiens, *pro nobis id: sin pereant; item pro nobis. Utrum fuerit cumque, victoria fuerit.* Omnes navibus impositos cum equis, & servis, pervexit *Basoram*, sive potius litus illius marinum, quum tunc temporis *Basora* nondum extaret, nec *Cufa;* quippe quæ sint urbes *Islamiticæ.* Hinc ultra provecti per mare ad litus *Hadramauthæ* naves appulere, loco qui *Maijoun* dicitur. Ibi navibus egressi, quibusdam tamen eorum naufragio absumtis, jubentur a *Webhrazo* navigia incendere; ut scirent mortem ipsis propositam; nec refugium ad mare sperandum; atque ita pro vita strenue depugnarent. In hoc *Hadramythenus* quidam ita tum lusit.

*Advenere in Maijounum mille in clypeis,*
*E gente Sasan, & gente Mihregian;*
*Ut Nigritas e Jemana expellerent,*
*His rectam præmonstrarunt viam duo Jezanidæ.*

cum reliquo carmine longiore.

ونمي خبرهم الى ملك اليمن وهو مسروق
بن ابرهه فاتاهم في مائة الف من الحبشة
وحمير وكهلان فتصاف القوم وكان مسروق
على فيل عظيم فقال وهرز لمن كان
معه من الفرس اصدقوهم الحملة واستعدوا
الصبر ثم تامل ملكهم وقد نزل عن
الفيل وركب جملا ثم نزل عن الجمل
وركب فرسا ثم ترجل وانف ان يحارب على
فرس فركب حمارا استصغارا لاصحاب السفن
فقال وهرز ذهب ملكه ان تنتقل من
كبير الى صغير وكان بين عيني
مسروق ياقوتة حمرا معلقة في تاجه
بمعلاق من الذهب يضي كالنار فرماه
وهرز ورمي القوم فقال وهرز لاصحابه قد
رميت ابن الحمار فانظروا ان كان اصحابه
يجتمعون عليه ولا يفترقون فهو حي
وان كان اصحابه يجتمعون عليه
ويفترقون عنه فقد هلك ۞

فنظروا اليهم يجتمعون عليه ثم يفترقون عنه
فاخبروا وهرز بذلك فقال احملوا على القوم
فحملوا عليهم وصدقوهم فانكشفت الحبشة
واخذهم السيف ورفع براس الملك مسروق
بن ابرهه مع خواص الحبشة وروسايهم فقتل
منهم نحو من ثلثين الفا ۞

وقد كان انوشروان اشترط على معدي
كرب شروطا منها ان الفرس تتزوج
اليمن ولا تتزوج اليمن فيها ففي ذلك
يقول الشاعر

على

Horum fama quum ad Regem *Jemanæ*, ſcilicet *Mesroukum* filium *Abrahæ*, pertigiſſet, eduxit in eos centum mille *Habaſſiis*, *Homeiritis*, & *Kehlanitis* comitatus. Acies utrimque inſtructa. *Mesroukus* ingenti vehebatur Elephanto. *Wehrazus Perſis* eum cingentibus dixit, ſtrenuum in eos impetum date, atque patientia vosmet armate. Contemplatus deinde Regem eorum, notavit eum descendiſſe Elephanto, atque camelum conſcendiſſe: mox camelo relicto inſiluiſſe in equum; atque deinde peditem factum, tanquam qui faſtidiret in equo confligere cum *Perſis*: atque in contemtum veluti iſtorum *ſodalium navibus vectorum* tranſiiſſe in aſinum. Ibi tum *Wehrazus*, *periit*, inquit, *Regnum ejus*, *quippe qui a maximo in minimum ſit tranſlatus.* Geſtabat *Mesroukus* inter oculos *Hyacinthum* ruberrimam, ſuspenſam e corona ejus catella aurea. Ea inſtar ignis reſplendebat. Huc ſagittam direxit *Wherazus*, direxere reliquo manus: comitibusque ſuis edixerat, ubi ſagittam emiſero in *Filium Aſini*, tum vero attendite; nam ſi ſodales ejus ad eum congregentur, neque ſeſe dispergant, vivit homo: ſin aggregati ad eum mox dispergantur, tum profecto perierit.

Tum conſpexerunt eos ſuper ipſum collectos confeſtim diſſipari: idque *Wehrazo* renunciarunt. Ibi ille, irruite in homines. Impetum illi dedere, & quidem vehementiſſimum, quo discuſſi fuere *Habaſſii*, gladio per eos ſæviente. Caput Regi *Mesrouko Abrahæ Filio* ablatum, nec non *Habaſſiorum* principibus intimisque Regi. Cæſi ex *Habaſſiis* ad triginta mille.

*Anusjirwanus* conditiones tulerat *Maadicerbo* ſuppetias petenti: inter quas, ut *Perſæ* connubia miſcere poſſent cum *Jemanenſibus*; non viciſſim *Jemanenſes* cum iis. Hoc notavit Poëta

علي ان ينكحوا النسوان فيهم
ولا يستنكحون الفارسينا ۞

وخراج بحمله فتوج وهرز معدي كرب بتاج كان معه وبدنة من الفضة البسه اياها وكتب الى انوشروان بالفتح وخلف هنالك جماعة من اصحابه ۞

وكان جميع ما ملكت الاحبوش اليمن اثنين وسبعين سنة وكان ملك مسروق بن ابرهه الي ان قتله وهرز ثلث سنين وذلك لخمس واربعين سنة خلت من ملك انوشروان ۞

وفي مسير الفرس الي اليمن ونصرتهم علي الحبشة يقول بعض اولاد فارس

نحن خضن البحار حتي سلكنا
وفككن حمير من بلية السودان ۞
بليوث من نسل ساسان شوس
يمنعون الحريم بالمران ۞
وببيض بواتر تتلالا كسري
البرق في دري الابدان ۞
وقتلنا مسروق اذ ناه لما
ان تداعت قبايل الحبشان ۞
وفلقنا ياقوتة بين عينيه
بنشابة الفتي الساسان ۞
وهرز الديلمي لما راء
رابط الجاش ثابت الاركان ۞
وحوينا ببلاد قحطان قسرا
ثم سرنا الي ذري غمدان ۞
فنعمنا به بكل سرور
وبنينا علي نسا قحطان ۞

واتت

*Ea conditione, ut inirent eorum fœminas*
*Neque viciſſim connubia affectarent Perſarum.*

Item, ut tributum penderet. *His legibus* coronavit *Webrazus Maadi-Cerbum* corona, quam ſecum habebat; & lorica argentea quoque Eum inveſtivit: atque ad *Anusjirwanum* de victoria perſcripſit. Multos quoque e ſociis ſuis ibi poſt ſe reliquit.

Univerſum ſpatium, quo *Habaſſia* colluvies *Jemanam* obtinuit, ſeptuaginta duo anni. *Mesroukus* Filius *Abrahæ* regnavit, usque quo cæſus a *Webrazo* fuit, tres annos; jam quinque & quadraginta annis Regni *Anusjirwani* elapſis.

De hoc expeditione *Perſarum* in *Jemanam*, de ſuppetiisque in *Habaſſios*, quidam e *Perſis* oriundus cecinit

*Nos mare ingreſſi, recta perreximus*
*Ut effringeremus* Homeiritas *ex ærumna* Nigritica:
*Leonibus e proſapia* Saſani *ferociſſimis*
*Qui ſacratiſſima quæque lentis defenſent haſtis.*
*Cumque albis ſcindentibus, qui radiarent ut ſplendor*
*Fulguris, in ſcintillantibus loricarum.*
*Occidimusque Mesroukum, quum elatus ſuperbiret*
*Convocatis ad ſe Habaſſinorum tribubus.*
*Diffidimusque Hyacinthum inter ejus oculos*
*Sagitta Perſica Saſanidæ viri:*
*Webrazi Deilamitæ; (poſtquam eum notaſſet,)*
*Revincti cor, & ſuffulti latera.*
*Atque Regionibus Kehtani Marte potiti,*
*Mox penetravimus in Gamadani vertices.*
*Ibique delibuti deliciis & lætitiis*
*Kehtanidarum inivimus connubia.*

Ac-

واتت معدي كرب الوفود من العرب تهنية
بعود الملك اليه واشراف اليمن وزعماوها فيهم
عبد المطلب بن هاشم بن عبد مناف وابو
زمعة جد امية بن ابي الصلت الثقفي
فدخلوا عليه وهو باعلي قصره المعروف
بغمدان بمدينة صنعا وهو مضمخ بالعنبر
وسواد المسك يلوح علي مفرقه وسيفه بين
يديه وعن يمينه وعن يساره الملوك وابنا المقاول
فتكلم الخطباء ونطقت الزعماء وقد تقدم عبد المطلب
بن هاشم فقال ان الله جل جلاله قد
احلك ايها الملك محلا رفيعا صعبا
منيعا شامخا باذخا وانبتك منبتا
طابت ارومته وعزت جرثومته وثبت اصله
وبسق فرعه في اكرم معدن واطيب موطن
وانت ابيت اللعن راس العرب وربيعها
الذي يخصب وانت ايها الملك ذروة العرب
الذي اليه منقاد وعمودها الذي عليه
العماد ومعقلها الذي يلجا اليه العباد
سلفك خير سلف وانت لنا منهم خير
خلف فلن يخمل ذكر من انت سلفه
ولن يهلك من انت خلفه ايها الملك نحن
اهل حرم الله وسربة بيته اشخصنا اليك
وفود التهنية لا وفود المرزية ۞

فقال له الملك وايهم انت ايها
المتكلم قال عبد المطلب بن
هاشم بن عبد مناف فقال الملك
ابن اختنا قال نعم قال ادنوه فادني
ثم اقبل عليه وعلي الوفد فقال لهم
مرحبا واهلا وناقة ورحلا ومستناخا
سهلا

Accesserunt deinde *Maadi-Cerbum* legationes *Arabum*, quæ Ei restitutum gratularentur imperium, una cum nobilibus & principibus *Jemanæ.* Inter eos *Abdolmotallib Ibn Hasjim*, *Ibn Abd Menaph*, & *Abu Zemaa* avus *Ommiæ Abisselti Thekiphitæ.* Introierunt ad Eum in celsissimum palatii locum, quod *Gamadani* nomine celebratur in urbe *Sanaa.* Residebat ibi delibutus *Ambra*; & nigredo *Musci* resplendebat super vertice ejus: inter manus adstante gladio; a dextraque & sinistra Regibus & Principum Filiis. Locuti tunc oratores, & resonuere lingua præpollentes: inter quos *Abdalmotallib Ibn Hasjim* quoque procedens, fatus est. *Deus O. M. Te, O Rex! collocavit loco celso, arduo, inaccesso, excelsissime superbo: atque efflorescere Tibi fecit stirpem, cujus exuberans indoles, & prænobilis origo, & Radix firma, & Ramus præminentissimus; in generosissimo plantario, atque sede uberrima. Tu quidem (O intacte ab omni scæva!) Caput es Arabum, eorundemque Ver, per quem læta copia abundent: Arabum quoque eminens Vertex, cui se ducendos tradant; itemque Columna, super quam recumbatur; quin Vexillum erectum ad quod cultores Dei refugiant. Majores Tui lectissima series decessorum: Tu vero nobis lectissimus successorum. Neutiquam autem emarcuerit fragrans memoria eorum, quibus Tu decessor; ut nec interierint, quibus Tu successor. Nos quidem, O Rex! Sacri Territorii incolæ, & sacrosanctæ ejus Ædis statio militaris; ad Te iter intendimus Legati congratulationis, non autem Legati condolentiæ.*

Ibi Rex, & quis Eorum Tu? O Orator! ille vero, *Abdolmotallibus*, inquit, *filius Hasjemi*, qui *Abd Menaphi filius.* Tum Rex; *Filius* ergo es *Fratris nostri.* ille iterum; *recte vero.* Deinde propius Eum admoveri jussit Rex; admotum amice compellans cum reliqua Legatione, dixit iis, *amplissimam sedem & familiam* vobis offero,

سهلا وملكا ربحلا يعطي عطاء جزلا قد سمع الملك مقالتكم وعرف قرابتكم وقبل وسيلتكم فانتم اهل الليل واهل النهار لكم الكرامة ما اقمتم والحبا اذا ظعنتم ۞

ثم قام ابو زمعه جد اميه بن ابي الصلت فانشد قصيدته النبي اولها

Cf. versus citati p:12 et 13.

لبطلب الوفد امثال بن ذي يزن
يلج في البحر احوالا فاحوالا ۞
حتي اتي ببني الاحرار يقدمهم
تخالهم في سواد الليل اشبالا ۞
لله درهم من عصبة خرجوا
ما ان رايت لهم في الناس امثالا ۞
ارسلت اسد علي سود الكلاب فقد
امسي شريدهم في الارض فلالا ۞
ثم اطل بالمسك ان شالت نعامتهم
واسبل النوم في برديك اسبالا ۞
تلك المكارم لا قعبان من لبن
شيبا بماء فعادا بعد ابوالا ۞

ولمعدي كرب بن سيف بن ذي يزن كلام كثير مع عبد المطلب وكواين خبره بها من امر النبي صلعم وبدو ظهوره بشر بها عبد المطلب وخبره عن احواله وما يكون من امره ۞

وحبا معدي كرب الوفد وانصرفوا وقد اثبتنا علي ما كان من اخبارهم في كتابنا اخبار الزمان فاغني ذلك عن اعادته ۞

واقام معدي كرب بن سيف بن ذي يزن علي اليمن ملكا واصطنع عبيدا من الحبشة يمشون

*camelumque & ſellam, familiaritatem quoque leniſſimam, & poſſeſſionem locupletiſſimam; quæ mactetur donis copioſiſſimis. Profecto audivit Rex orationem veſtram, propinquitatemque veſtram agnoscit, atque neceſſitudinem acceptat. Vos nocturni æque ac diurni nobis hospites; honorifice tractandi, quoad morabimini; & ſplendide donandi, quum eritis remigraturi.*

Surrexit deinde *Abu Zemaa* avus *Ommiæ Ibn Abiſſelt*, recitavitque carmen ſuum cujus initium hocce:

*Adeant Legationes ſimillimos Filio Dzi Jezen*
*Intranti mare repetitis ſæpe vicibus.*
*Donec adduxit filios Nobilium, ſtrenue præcedens;*
*Eos credidiſſes nigra ſub nocte ſcymnos Leonum.*
*O generoſam indolem agminis egreſſi!*
*Non eſt ut cernas ipſis, in hominibus, pares.*
*Immiſſi Leones in nigerrimos Canium: qui quidem*
*Fuga dispulſi per terram, conciſique ſunt.*
*Ergo delibutus odoribus, ubi eorum trepidat ſtruthio,*
*Dilaxa ſomnum utraque in veſte ſecurum.*
*Hæc læta lautia, non duo pocilla lactis*
*Commixti aqua, mox redituri per lotium.*

Habuit autem *Maadi-Cerbus* Filius *Seiphi*, *Dzi Jezenidæ*, multum ſermonem cum *Abdol Motallibo*, interque alia eventura indicavit ei negotium Prophetæ noſtri benedicti, atque initium adventus ejus, progreſſumque, & quo tandem evaſurus eſſet, ei annunciavit.

Muneravit deinde *Maadi-Cerbus* Legationem, ad ſua digreſſurum, quorum quidem rem omnem latius enarravimus in Libro noſtro, *de Hiſtoriis temporis:* quæ hic repetere nil attinet.

Quum *Maadi-Cerbus* Filius *Seiphi*, *Dzi Jezenidæ*, in regno confirmatus eſſet, inſtituit ſibi ſatellitium ex ſervis

 *Ha-*

يمشون بين يديه بالحراب فركب في بعض
الايام من قصره المعروف بغمدان بمدينة صنعا
فلما سار الي وسطها رحبة عطفت عليه الحرابة
فقتلته بحرابهم وكان ملكه اربع سنين
وهو اخر من ملك اليمن من قحطان فعدد
ملوكهم تسعة وثلثون ملكا وملكوا ثلاثة
الاف سنة وماية وتسعون سنة ۞

ولما قتلت الحبشة معدي كرب علي حسب ما
قدمنا في الرحبة بحرابهم كان بصنعا خليفة
لوهرز في جماعة من العجم قد ضمهم وهرز
الى معدي كرب فركب واتي على ما كان
هنالك من الحبشة وضبط البلد وكتب الي وهرز
وهو بباب انوشروان الملك وذلك بالمداين من
ارض العراق فاعلم وهرز الملك بذلك فسيره
في اربعة الاف من الاساورة وامره باصلاح اليمن
ولا يبقي على احد من بقايا الحبشة ولا على
جعد قطط قد شرك السودان ولا من انسابهم ۞

وملك انوشروان وهرز علي اليمن الي ان
هلك بصنعاء ثم ملك بعده رجل من فارس
يقال له سجان ثم ملك بعده حوراز ستة
اشهر ثم ملك بعده نوسجان بن المرزبان
وذلك انه كان من اهل مملكة فارس ثم
ملك بعده خرشخير وكان مولده باليمن
ثم ملك باذان بن ساسان ۞

فهولاء جميع من ملك اليمن من قحطان
والحبشة والفرس وقد ملك اليمن رجل من
ولد ابرهيم الخليل عليه السلام وهو يعد في
ملوك اليمن واسمه هينهة بن اميم بن
نبدل بن مدين بن ابرهيم وكان له شان
عظيم

cf. Gen: 25.2

*baſſiis*, qui ipſius latera haſtis ſtiparent. Quodam autem die ex Arce ſua, quæ *Gamadanum* appellata, in urbe *Sanaa*, evectus, quum proceſſiſſet in medium ejus, *Rahba* dictum, ſatellites in illum irruerunt, eumque haſtis ſuis occiderunt. Regnum ejus quatuor annos duravit: fuitque hic ultimus Regum *Jemanenſium* ex *Joctanidis*. Numerus Regum eorum novem & triginta Reges: qui regnarunt ter mille, centum & nonaginta annos.

Quum ita *Maadi-Cerbum* trucidarunt *Habaſſii*, ut præmiſimus, in *Rahba* haſtis ſuis, aderat *Sanaæ* vicarius *Webrazi* cum multitudine *Perſarum*, quos *Webrazus* adjunxerat *Maadi Cerbo*; atque impetu dato occidione delevit quicquid ibi *Habaſſiorum* erat: oppidumque in officio continuit. Rem deinde ad *Webrazum* perſcripſit, in Aula Regis *Perſarum* tunc degentem *Madainis*, in *Iraca* ſitis. *Webrazus* eam Regi expoſuit. Is eum cum quatuor mille equitibus miſit, juſſitque, ut res *Jemanenſes* componeret; atque nemini parceret e reliquiis *Habaſſiorum*, nemini cui crispa tortilisque coma, aut qui quicquam cum *Nigritis* haberet commune; proſapia quoque omni extirpata.

Imperium deinde *Jemanæ Webrazo* tradidit *Anusjirwanus:* ejusdem potito, usque dum ad plures abiit *Sanaæ*. Poſt eum regnavit vir *Perſa*, qui vocabatur *Sigian*. Poſt hunc iterum *Houraz*, ſex menſes. Poſt eum *Nouſisjan* Filius *Merzabani*, quod e familia Regia eſſet *Perſarum*. Hunc excepit *Horsjhirus*, in *Jemana* natus: atque tandem *Badſan Saſanides*.

Atque hi quidem omnes ſunt, qui in *Jemana* imperitarunt, ex *Joctanidis*, *Habaſſinis*, & *Perſis:* quamvis & *Jemanam* obtinuerit Vir quidam e poſteris *Abrahami*, Amici Dei, ſuper quem pax; *Regibus Jemanenſibus* annumeratus. Nomen ei *Hainaha* Filius *Amimi*, qui *Nadali*, qui *Midianis*, *Abrahami* Filii. Is magnam obtinuit poten-

عظيم في ملك اليمن وطالت ايامه وفيه
قال امري القيس

وهينهة الذي زالت قواه
علي ريدان ان حان الزوال ۞
تمكن قايما وبني طريقا
الي ريدان اعيط لا ينال ۞

وقد كانت ملوك اليمن تنزل بمدينة
ظفار مثل ذي شجر وال ذي الكلاع الا
اليسير منهم فانهم نزلوا بغيرها وكان علي باب
ظفار مكتوب بالقلم الاول في حجر اسود
يوم سيلت ظفار لمن انت قالت لحمير الاخيار
ثم سيلت بعد ذلك قالت ملكي للاحبش
الاشرار ثم سيلت بعد ذلك فقالت ان ملكي
لفارس الاحرار ثم سيلت بعد ذلك فقالت ان
ملكي لقريش التجار وهذا خبر عن ملوك
تداولوها وبعث رسول الله وعلي اليمن عمال
كسري وظهر الاسلام ۞



خبر

tiam in imperio *Jemanenſi;* atque longum in eo ævum exegit. In hunc dixit *Amriolkeiſus*

*Et Hainaha, cujus Opes occiderunt*
*In Raidana, quum adveniſſet Occaſus.*
*Is potentem reddidit incolam, & Viam emunivit*
*Ad Raidanam præcelſus gloria, inacceſſus.*

Ceterum Reges *Jemanæ* reſidere ſolebant *Dafaræ;* ut *Dſi Sjagrus*, & gens *Dſi Colai;* exceptis paucis, qui aliis in urbibus reſederunt. Super porta autem *Dafaræ* exaratum fuit ſcriptura antiqua in lapide nigro. *Aliquando rogata Dafara, cujusnam Tu? dixit; Homeiritis lectiſſimis. Interrogata poſtmodum, dixit, Regnum meum Habaſſiis peſſimis ceſſit. Denuo rogata, respondit, Regnum meum Perſis nobiliſſimis traditum. Ultimum interrogata, dixit, imperium meum ad Koreiſchitas Mercatores eſt devolutum.* Hoc autem *dicitur fuiſſe* Vaticinium de Regibus qui urbem iſtam potentia per vices eunte tenerent. Nempe miſſus eſt Legatus Dei, quum præfecti *Cosrois* præſiderent *Jemanæ;* atque *Iſlamismus* effulſit.



HI-

# خبر

## سيل العرم

ذكر اصحاب التاريخ القديم ان ارض سبا كانت من اخصب ارض اليمن واثراها واغدقها واكثرها جنانا وغياضا وافسحها مروجا من بنيان حسن مقيم وشجر موصوف ومسالك للمياه متكاثفة وانهار مغوفة وكانت مسيرة اكثر من شهر للراكب المجد علي هذه الحال وفي العرض مثل ذلك ☼

وان الراكب والمار كان يسير في تلك الجنان من اولها الي ان ينتهي الي اخرها لا تواجهه الشمس ولا يفارقه الظل لاستتار الارض بالعمارة واستيلائها عليها واحاطتها بها وكان اهلها في اطيب عيش وارفهه واهنا حال وارفده في نهاية الخصب وطيب الهوي وصفا الفضا وتدفق الماء وقوة الشوكة واجتماع الكلمة ونهاية المملكة ☼

ولم يزل ولد قحطان في اطيب عيش الي ان ارسل الله عليهم سيل العرم وذلك ان الرياسة انتهت فيهم الي عمرو بن عامر مازيقيا وذلك ببلاد مارب من ارض اليمن وهي بلاد سبا التي ذكرها

# HISTORIA DILUVII ELARIM QUO SABÆA EVERSA.

Auctores *Chronologiæ* antiquæ memoriæ prodiderunt, terram *Sabæam* fuiſſe totius *Jemanæ* uberrimam proventu, copioſiſſimam fertilitate; maxime riguam & cultam hortis ſylvisque; ſpatioſiſſimam campis, cum pulchris ædificiis, & arboretis ordine deſcriptis; aquarum canalibus frequentiſſimam quoque, & floribus diſtinctiſſimam. Iter ejus diligenter equitanti patebat ultra menſem adſpectu hocce amœno in longitudinem, atque in latitudinem tantundem.

Qui autem ita vel equitaret, vel pedibus iret, procedebat inter hortos, inde a principio, usque dum extremam oram attingeret, ut nec ſol ei vultum feriret, nec umbra ab eo migraret; eo quod obtecta eſſet Terra per culturam ædium & arborum, quæ ubique obtineret, atque cuncta circumcingeret. Ergo incolæ ejus lautiſſimam & molliſſimam vitam degere; unctiſſimo in ſtatu lautiſſimoque eodem; cum cumulatiſſima abundantia proventuum; & ſuavitate auræ, & puritate aëris, & aquarum large profuſa copia: nec non potentia invicta; & concordi imperio, quo Regnum ad culmen provectum.

Non ceſſarunt ibi poſteri *Joctanis* beatiſſimam hanc agere vitam usque dum immiſit Deus iis *Diluvium El-arim.* Accidit illud principatu devoluto ad *Amrou* Filium *Amir*, *Mazikia* (vel *Mozaikia*) dictum, in regionibus *Marabæ*, *Jemanenſis* ditionis. Hæ ſunt regiones *Sabææ* quarum

ذكرها الله تعالي في القران انه ارسل
علي اهله سيل العرم وهو السد وكان
فرسخا في فرسخ ۞

وكانت بلادهم مثلا في الارض وكانوا
على طريق حسنة من اتباع سديد الاخلاق
وطلاب الفضايل علي القواعد والسير
بحسب الامكان وما توجده لقدرة
من الحال فمضوا علي ذلك ما شاء الله
من الاعصار لا يعاندهم ملك الا قصموه
ولا يوافيهم جبار في جيش الا كسروه
فذلت لهم البلاد واذعن لطاعتهم العباد
فصاروا تاج الارض ۞

وكانت المياه التي هي اكثر ما ترد
الي الارض شيا تظهر من مجانيق من
الحجر الصلد والحديد من ذلك السد والجبل
طول المجانيق الاخذ من تلك الانهار ثلثون
ثقبا مستديرة في استدارة الذراع طولا وعرضا مدورة
علي احسن هندسة واكمل تقدير فكانت المياه
من تلك الثقاب في مجانيق لها حتي تاتي
الجنان فترويها سقيا ويعم شرب القوم ۞

وقد كانت ارض سبا قبل ما وصفنا من
العمارة والخصب يركبها السيل من
كل المياه وكان ملك القوم في ذلك
الزمان يقرب العلماء والحكماء ويدنيهم
ويحسن اليهم ويجمعهم من اقطار الارض طلبا
لرايهم والاخذ من محض عقولهم فيشاورهم في
دفع السيل ۞

وذلك انه كان ينحدر من اعالي الجبل
هابطا علي راسه حتي يهلك الزرع ويسوق
في

mentionem fecit Deus O. M. in *Alcorano* quum ait, ſe dimiſiſſe ſuper incolas earum *Diluvium El-arim*, ſive. *Aggeris*, qui per *paraſangas* diſtinctus.

Iſtæ autem Regiones in Proverbium olim miſſæ, pulchris florentes inſtitutis eorum, qui mores rectiſſimos & virtutum præſtantiam aſſectarentur ac colerent, domi forisque, pro virili, & quantum opulentæ nationi conſequi dabatur. Tantis in fortunis, quoad placitum Deo, ſecula exegerunt, nullo Rege iis adverſante, quin contuderint eum; nullo Bellatore ad eos cum exercitu accedente, quin eum fregerint: ita ut quaquaverſum regiones habuerint ſubjugatas; atque ſub capiſtro obedientiæ omnes homines continuerint: corona totius Terræ conſtituti.

Aquæ, quæ ut plurimum in terram ſubſidunt, ibi quidem promicabant e Machinis duro ſilice & ferro confectis: ex illo inquam Aggere, & monte. Longitudo Machinarum incipiens ab illis fluminibus *aggere præſeptis*, tendebatur triginta (inter quamque paraſangam) canalibus rotundis, brachii menſuram æquantibus, circinatiſſime exacta ſtructura, & dimenſione perfectiſſima. Ex illis canalibus alias iterum in Machinas derivabantur aquæ, deducendæ ad hortos, ut eos largiſſime rigarent; atque potum univerſo populo præſtarent.

Terram *Sabæam* quidem, ante eam quam enarravimus culturam & abundantiam proventuum, infeſtare ſolebat fluxus omnium aquarum. Illius tempeſtatis Rex proinde advocari juſſit eruditos & ſapientes, eosque undique orarum collectos, ſibique admotos, beneficiis cumulavit; exquirens conſilium eorum, atque ex puris ingeniorum fontibus haurire cupiens & eliquare, quo fluxum illum depelleret.

Scilicet is descendere a verticibus montium præcipiti lapſu ſolebat, adeo ut ſata diſperderet, ædesque, quo-

في ساحته البنا فاجمع القوم رايهم على عمل
مصارف له الى براري يقذف به الى البحر فحفر
الملك المصارف حتي انحدر الماء وانصرف وتدافع
الى تلك الجهة واتخذوا السد في الموضع الذي
كان فيه بدو جريان الماء من الجبل الى الجبل
وجعلوا فيه المجانيق على ما وصفنا انفا ثم
اخرجوا من تلك المياه نهرا مرسلا ومقدارا
معلوما ينتهي في جريانه الى المجانيق ثم
ينبعث الماء معه الي تلك الاثقاب وهي
الثلثون المجانيق الصغار التي قدمناها
وكانت البلاد عامرة على ما وصفنا ۞
ثم ان تلك الامم بادت ومرت عليها
السنون وخربها الدهر برجفاته وطحنها
بكلكله وعمل الماء في اصول ذلك
المجانيق ما ضعفه بمر السنين عليه
وتدافع ما حوله وقد قيل في المثل ان
تواتر قطر الماء في الحجر الصلد يوثر
فيه فما ظنك بسيل متدافع على حجر
مصنوع ۞
فغلب الماء عند تناهي الضعف على السد
فاضعفه في جريته ورمي به في تياره وذلك
في ايام زيادته واستولى الماء علي تلك
الديار والعماير والبنيان حتي انقرض سكان
تلك الديار وزالوا عن تلك المواطن ۞
فهذه جملة من اخبار سيل العرم وبلاد
سبا ولا خلاف بين ذوي الدراية منهم ان
العرم هو المسناة التي احكموا عليها ليكون
حاجزا بين ضياعهم وبين السيل ففجرته
فارة ليكون ذلك اظهر في الاعجوبة ولا
يتناكر

cumque ferretur, aveheret. Omnium itaque consilium illuc conspiravit, efficienda esse fluxui divergia, quibus per deserta in mare expelleretur. Rex divergia illa effodi jussit: in ea descendens & aversa aqua, ad aliud illud latus depulsa fuit. *Aggerem* autem illis in locis construxere, ubi aqua divergere incipiebat, a monte ad montem perducto eodem, in illoque effectis illis Machinis istoc modo, quo denarravimus ante. Ex illis deinde aquis rivos emisere præfinitam ad mensuram, quorum cursus perveniret ad canales majores; unde iterum per totidem minores derivari ac deduci posset, prout prædiximus. Atque hoc pacto, ut narratum, Regiones hæ cultissimæ extiterunt.

Postmodum illæ ipsæ gentes disperiere, & ingruerunt in eas annorum vices; evastavitque eas seculum suis Machinis ac tormentis; quin toto pectore (*universa sui mole*) eas commoluit. Nempe fundamenta istarum Machinarum sensim sine sensu, volventibus annis, debilitare aqua, atque circumquaque labefactare. Fertur autem proverbio *continuatam aquæ guttam* vel *silicem durissimum penetrare*: quid ergo existimes de fluxu lapidem structilem identidem pulsante?

Evicit proinde aqua, jam ad summum perducta labefactatione, *Aggerem illum*, eumque cursu suo afflixit, atque fluctu suo vehementiore, quum cum maxime increvisset æstus, disturbavit, diluvie obrutis sedibus, satis, ædibus; ita ut excisi fuerint incolæ istarum regionum; atque illas habitationes deseruerint.

Atque hæc quidem brevis summa Historiæ *Diluvii El-arim*, & regionum *Sabææ*. Nil autem dissidii inter eruditos circa *El-arim*, quin is sit *Agger altissimus*, quem omni ratione solidarunt, ut interjectus esset inter cultum hortorum, & torrentium fluxum. Eum quidem fluxum im-

يتذاكر اولاد قحطان من اهل تلك
الديار الى هذا الوقت ما كان من العرم
لاستغاثته وشهرته عندهم وقد فخر بعض
اولاد قحطان في مجلس السفاح بمناقب
قحطان من حمير وكهلان علي ولد النزار
وخالد بن صفوان وغيره من نزار ومن
مضر منصوتون هيبة للسفاح لان اخواله
من قحطان فقال صفوان ما ذا اقول
لقوم ليس فيهم الا دابغ جلد او ناسج
برد او سايس قرد او راكب عرد
فغرقتهم فارة وملكتهم امراة ودل عليهم
هدهد ثم مر في ذمهم حتي انتهي
الي ما كان من قصتهم وتملك
الحبشة عليهم وما كان من استعباد
الفرس اياهم علي حسب ما قدمنا
انفا ۞

وقد ذكروا في اشعارهم العرم وما كان
من سبا وارض مارب وان مارب سمة الملك
الذي كان تملك علي تلك البلاد وان
هذا الاسم وقع علي هذا البلد فاشتهر به
وصارت سمة لهم قال الشاعر

من سبا الحاضرين مارب
اذ يبنون من دون سيلها العرما ۞

وقد قيل ان مارب سمة لقصر ذلك الملك
في صدر الزمان وقال ابو طهمان في ذلك

الم تروا ماربا ما كان احسنه
وما حواليه من سور وبنيان ۞

وقد

misit tandem soriculus; ut tanto extantius foret miraculum. Haud negant etiam posteri *Joctani*, ex incolis illarum regionum, hunc usque in diem, quod isti *Aggeri* evenit; quia res ista apud eos ut pervagata, ita percelebrata. Accidit, ut quidam ex posteritate *Joctani* in consessu *Saffahi Imperatoris* gloriarentur de eminentibus *Joctanidarum* virtutibus, speciatim *Homeritarum* & *Kehlanidarum*, quibus *Nezari* posteros longe antecellerent. Aderat ibi *Chalid Ibn Sephwan* aliique ex *Nezar* & *Modar* oriundi, silentes tamen præ metu *Saffahi*, cui avunculorum series ex *Joctanidis*. At *Sephwan*; *Quid dicam*, inquit, *de populo, in quo nullus nisi tinctor corii, aut textor vestimenti; aut ductor simiæ; aut vector veretri: quosque soriculus submersit; & fœmina regnavit, & Upupa* (Regis Jemanensis nomen) *direxit?* Deinceps provectus exprobrando, finivit in Historia subacti per *Habassinos* imperii; & quod a *Persis* item in servitutem fuissent redacti: quemadmodum antea commemoravimus.

In Carminibus quoque eorum crebra mentio *El-arimi*; & quid acciderit *Sabææ* & *Marabæ Regioni*. Est autem *Marab* nomen *Regis*, qui imperitavit urbi: quin & quadrat in ipsam hanc urbem; sic enim Poëta

*Ex Sabæis habitatoribus Marabæ*
*Ædificantibus adversus fluxum torrentium Aggerem.*
*El-arim.*

Dicitur quoque, *Marab* esse nomen insignitius Arcis illius Regis antiquissimis temporibus. In illam extat hocce *Abi Tehmani*

*Nonne cernitis Marabam, quam speciosa sit;*
*Et quid eam cingat mœnium ædificiorumque?*

Men-

وقد ذكر الاعشي في شعره ما وصفنا حيث يقول

ففي ذالك للموتسي اسوة
ومارب عفا عليها العرم ❁
رخام بنته لهم حمير
ان جاءهم ماوهم لم يرم ❁
فاروي الحروث واغنامها
علي سعة ماوهم قد قسم ❁
فكانوا بذالكم حقبة
فمال لهم خارب منهزم ❁
فطاروا سراعا وما
يقدرون منه لشرب صبي فطم ❁

فلنرجع الان الى ما عنه عزلنا من ذكر
ما كان من الملك في ذلك الوقت وهو عمرو
بن عامر مزيقيا وكان للملك اخ كاهن عقيم
يقال له عمران وكانت لعمرو كاهنة من
اهل دهل بن حمير يقال لها طريفة وكان
اول شي وقع بمارب وعرف عن سيل العرم
ان عمران الكاهن راي في كهانته ان قومه
سيمزقون كل ممزق ويتباعدون بين اسفارهم فذكر
ذلك لاخيه عمرو الذي كانت محنة القوم اليه
في ايام ملكه فبينا طريفة الكاهنة ذات
يوم نايمة اذ رات في ما يري النايم ان سحابة
غشيت ارضهم فارعدت وابرقت ثم اصعقت
وابرقت واحرقت ما وقعت عليه ووقعت
الي الارض فلم تقع علي شي الا احرقته
ففزعت طريفة لذلك وذعرت ذعرا شديدا
فاتت الملك عمروا وهي تقول ما رايت كالنوم
اذهب عني النوم رايت غيما ابرق وارعد
طويلا

Mentionem facit *Alahsja*, in carmine ſuo; hujusce rei quum ait

*Atque in eo ſolatium quærenti, levamen;*
*Namque & Marabam oblitteravit Agger:*
*Marmora quæ exſtruxit ipſis Homerita*
*Quum aquæ ipſos ſuæ infeſtarent, non ſuperanda.*
*Atque ita rigavit ſata ſimul & pecua*
*Ampliſſimis aquis inter ipſos diviſis.*
*Hoc in ſtatu longa quum viguiſſent ſecula,*
*Corruit tandem ipſis, evaſtatus, infractus.*
*Atque avolarunt feſtini, neque amplius*
*Valuere inde vel puerulum rigare, obrutusque eſt.*

Sed redeamus nunc illuc, unde deflèximus, hiſtoriam nempe Regis qui tunc tempeſtatis rerum potiebatur. Is erat *Amrou* Filius *Amiri*, *Mozaikia*. Erat Regi huic frater, divinator ſummus, cui nomen *Amran*. Habebat quoque in matrimonio Divinatricem, ex familia *Dehli Homeiritæ*, quæ vocabatur *Tarypha*. Primum autem quod increpuit *Marabæ*, atque innotuit de *Diluvio Aggeris*, eſt, *Amranum* Divinatorem vidiſſe in divinatione ſua, gentem ſuam omnibus modis fore dilacerandam, & longe diſſitis itineribus diſſipandam. Rem indicavit fratri *Amrou*, quem gens, quamdiu regnavit, tenerrime dilexit. *Tarypha* item Divinatrix quodam die obdormiscens, viſum habuit ſomniantis, *nubem cooperuiſſe terram ipſorum, quæ tonitrua & fulmina miscens, deinde diſploſa fuerit, & jactis fulminibus ſuccenderit in quæ irruiſſet: Eam deinceps terræ alliſam nihil omnino ab incendio intactum reliquiſſe.* Ad hæc externata *Taripha*, atque vehementi horrore correpta, Regem *Amrou* acceſſit, dixitque, *quod vidi tanquam ſomnium, discuſſit a me ſomnum. Vidi nubem quæ fulminans, longumque*

طويلا ثم اصفق فما وقع علي شي الا احترق
فما بعد هذا الا الغرق ۞

فلما راوا ما دخلها من الرعب حفظوها وسكنوا
جاشها حتى سكنت ثم ان عمرو دخل حديقة
من حدايقه ومعه جاريتان له فبلغ ذلك
طريفة فخرجت نحوه وامرت وصيفا لها يقال
له سنان يتبعها فلما برزت من باب بيتها
تعارضها ثلث مناجذ منتصبات علي ارجلهن
واقفات ايديهن علي اعينهن وهن دواب تشبه
اليرابيع يكن بارض اليمن فلما راتهن طريفة
وضعت يديها علي عينيها وقعدت وقالت
للوصيف اذا ذهبت هذه المناجذ فاعلمني فلما
ذهبت اعلمها فانطلقت سرعة فلما عارضها خليج
الحديقة التي فيها عمرو وثبت من الماء سلحفاة
فوقعت علي الطريق علي ظهرها وجعلت تريد
الانقلاب فلا تستطيع وتستعفر بيديها وتحثوا التراب
على بطنها من جنباتها وتقذف بالبول فلما راتها
طريفة جلست الى الارض فلما عادت السلحفاة
الى الماء مضت طريفة الي ان دخلت علي عمرو
الحديقة حين انتصف النهار في ساعة شديد حرها
فاذا الشجر تتكافا من غير ريح فنفذت حتي
دخلت علي عمرو ومعه جاريتان له علي الفراش
فلما راها استحي وامر الجاريتين فنزلتا عن
الفراش ثم قال هلمي ياطريفة الي فراشك
فتكهنت وقالت والنور والظلماء والارض والسما
ان الشجر لهالك ۞ وليعودن الماء كما كان في
الدهر السالك ۞ قال عمرو ومن خبرك بهذا قالت
اخبرتني المناجذ بسنين شدايد يضيع فيها الولد
الوالد قال ما تقولين قالت ۞

اقول

*tonans, deinde ſemet exploſit; nullam in rem irruens quam non combuſſerit. Poſt hoc nil niſi ſubmerſio.*

Conſpecto, qui mulierem corripuerat, terrore, eam cuſtodivere, atque ut cor ejus ſedarent, operam dedere. Interea ingreſſus eſt *Amrou* hortum quendam ſuum amœniorem cum duabus puellis pellicibus. Hoc quum *Tarypha* reſcivisſet, eum confeſtim ſubſecuta eſt, ſequi etiam juſſo famulo, cui *Sinan* nomen. E domo egreſſæ objecere ſeſe tres ſorices, erecti ſuper poſteriores pedes, primoribus ad oculos appactis. Sic appellantur animalcula muribus campeſtribus ſimilia, quibus terra *Jemanenſis* ſcatet. Hos quum vidiſſet *Tarypha*, manus ſuas oculis impoſuit, aſſiditque, famuloque dixit, ut eam, ubi ſorices abiiſſent, moneret. Quum admonuiſſet eos jam dilapſos, feſtinum corripuit gradum; atque quum rivum tranſitura eſſet, qui hortum in quo erat *Amrou* diſcludebat, proſiluit ex aqua teſtudo, in viamque ſuper dorſum delapſa, ſeſe invertere conabatur: non valens autem, pulverem manibus corraſit, atque ſuper ventrem a lateribus ſuis congeſſit, urinam ſimul ejectans. Hanc cernens *Tarypha*, in terra conſedit. Ad aquam deinde reverſa teſtudine, perrexit *Tarypha* atque ad ſeceſſum mariti ſeſe contulit, die jam medium cœli tenente hora caloris intenſiſſimi; & ecce! arbores ſeſe proclinarunt ſine ullo vento. Ulterius ſeſe penetrans, deprendit *Amrou* cum duabus puellis in ſtrato recubantem. Is ea conſpecta pudore ſuffuſus, puellas ſtrato deſcendere jubet; ac deinde, *Heus*, inquit, *Tarypha ad ſtratum tuum.* Illa vero vaticinari occœpit, dixitque: *per Lucem & tenebras; terramque & cœlum; arbores perituræ ſunt, & aquæ illuc reditura, ubi tempore primævo extabat.* Tum *Amrou*, *& quis tibi hoc indicavit?* Illa vero, *denunciarunt mihi ſorices annos calamitoſos, quibus proles parentem proditura ſit.* Ille iterum quid tandem dicis? illa vero,

اقول قول الندمان لهفا ۞
فقد رايت السلحفا ۞
تجرف التراب جرفا ۞
وتقذف بالبول قذفا ۞

ودخلت الحديقة فرايت الشجر تتكافي
من غير ريح قال عمرو وما ترين في
ذلك قالت

هي داهية ركيمة ۞
ومصايب عظيمة ۞
من امور جسيمة ۞

قال وما هي ويلك قالت

اجل ان يكون لي فيها الويل ۞
ولا لك فيها من نيل ۞
ولك الويل مما يجي به السيل ۞

فالقي عمرو نفسه عن الفراش وقال
ما هذا يا طريفة قالت

خطب طويل وحزن جليل وخلف قليل ۞

والقليل خير من تركه قال عمرو وما
علامة ما تذكرين قالت اذهب الي
السد فان رايت جرذا تكثر بيديه الحفر
في السد وتقلب برجله من الجبل
الصخر فاعلم ان الغمر غمر وان قد وقع
الامر قال وما هذا الامر الذي يقع
قالت

وعد

*Dico quod pœnitens dicit, Væ mihi!*
*Vidi namque teſtudinem;*
*Quæ ſibi raſum convectaret pulverem,*
*Urinamque ſummo niſu ejiceret.*

Ingreſſa quoque hortum, conſpexi arbores ullo ſine vento ſeſe proclinare. Ibi tum *Amrou*; & *quid tandem hinc prævides*? Et illa

*Portendunt hæc molem mali cumulatiſſimam*
*Atque calamitates graviſſimas*
*Ex rebus multo moleſtiſſimis.*

Ille denuo: & quænam illa? Væ tibi! Illa autem

*Maxime vero! in illis ingruet mihi Væ!*
*Tibi quoque nil quicquam in iis boni.*
*Sed & tibi Væ! quod advehet Diluvium.*

Tum *Amrou* ſemet de ſtrato dejecit, dixitque, quid hoc? O *Darypha*: illa vero

*Negotium longum; & mœror ingens; poſterique pauci.*

*Parum tamen melius recipere, quam abjicere.* Ad hæc *Amrou*, *& quid ſigni*, ventura *quæ commemoras*? Dixit illa, *Vade ad Aggerem, ubi ſi videas ſoricem qui primoribus pedibus fodiat excavetque aggerem, atque poſterioribus de monte ſaxum devolvat, tum enim vero ſcito, Diluvium cuncta merſurum, atque caſum huncce ingruiturum.* Ille iterum, & *quidnam hoc quod ingruiturum eſt*? Dixit illa:

وعد من الله نزل ۞
وناطل نطل ۞
وبنا نكال نكل ۞
فبغيرك فليكن الثكل ۞

فانطلق عمرو الي السد يحرسه فاذا الجرذ يقلب برجليه صخرة ما يقلبها خمسون رجلا فرجع الي طريفة فاخبرها الخبر ويقول

ابصرت امرا عادني منه الم ۞
وهاج لي من هوله برح السقم ۞
من جرذ كفحل خنزير الاجم ۞
او كبش صرم من افارين الغنم ۞
يسحب قطرا من جلاميد العرم ۞
له مخاليب وانياب قضم ۞
ما فاته سجل من الصخر الا فصم ۞
كانما يرعي حظيرا من سلم ۞

وقالت طريفة ان من علامة ما ذكرت لك ان تجلس في مجلسك بين الجنتين ثم تامر بزجاجة فتوضع بين يديك فان الريح تملاها من البطحاء من سهلة الوادي ورمله وقد علمت ان الجنان مظلة لا تدخلها شمس ولا ريح ۞
فامر عمرو بزجاجة فوضعت بين يديه فلم يمكث الا قليلا حتي امتلات من تراب البطحاء فذهب عمرو الي طريفة فاخبرها بذلك وقال متي ترين هلاك السد قالت فيما بينك وبين سبع سنين قال وفي ايها يكون قالت لا يعلم ذلك الا الله ولو علمه احد لعلمته ولا تاتي عليك ليلة فيما بينك وبين السبع

*Minæ a Deo demiſſæ ſunt;*
*Et menſura abundans expreſſa eſt:*
*Unde grave in nos ſupplicium incubat,*
*Ut & in reliquos incubabit orbitas.*

Tum *Amrou* ad Aggerem ſeſe propere contulit, ut eum obſervaret; & ecce ſorex pedibus ſuis ſubvertebat ſaxum quod ne quinquaginta quidem viri vertere valuiſſent: atque ad *Tarypham* reverſus, re ipſi indicata dixit

*Vidi negotium, ex quo dolor in me recurſat,*
*Et cujus ex terrore inæſtuat febrilis impetus;*
*Ex ſorice, qui inſtar maſculi trunci*
*Aut arietis ex cornutis gregium,*
*Traheret tractum ex ſaxis Aggeris.*
*Is habebat ungues & dentes qui ſcinderent.*
*Non præteriit eum pars durior ſaxi, quin confregerit.*
*Tanquam ſi depaſceret ſepem ſpinarum.*

Tum *Talypha*, ſignum rei, quam tibi expoſui, hocce, quod aſſidens in latrina inter geminum hortum, quum popoſceris poculum vitreum, idque inter manus tibi appoſitum fuerit, ventus illud impleturum ſit glarea inferioris vallis & arena ejus; jam vero noſti hortos hosce nec ſolem intrare, nec ventum.

Juſſit ergo *Amrou* poculum vitreum afferri; eoque inter manus appoſito, non niſi exigua interceſſit mora, donec impleretur pulveris glareoſi. Acceſſit itaque *Amrou* ad *Tarypham*, reque ei indicata, quandonam, inquit, prævides interitum aggeris venturum? Illa, abhinc tibi, inquit, intra ſeptem annos: ille iterum, & quonam eorum id exiſtet? Non novit hoc, inquit, niſi Deus; nam ſi quisquam alius, ego ſane id reſciviſſem. Interea nulla tibi

السبع الا ظننت ان هلاكه في غدها او في
تلك الليلة وراي عمرو في النوم سيل العرم
وقيل له ان اية ذلك ان تري الحصباء قد
ظهرت في سعف النخل فركب الي النخل
فوجد الحصباء قد ظهرت في سعفها وكربها
فعلم ان ذلك واقع بهم وان بلادهم ستخرب
وكتم ذلك واخفاه وجمع ان يبيع كل
شي له في ارض سبا ويخرج منها هو
وولده ثم خشي ان يستنكر الناس ذلك
فصنع طعاما فامر بابل فنحرت وبغنم
فذبحت وصنع طعاما واسعا وبعث الي
اهل مارب ان عمروا جمع يوم مجد وفخر
وذكر فاحضروا طعامه ثم دعا ابنا له
يقال له عك ويقال بل كان يتيما
في حجره فقال اذا جلست اطعم
الناس فاجلس عندي ونازعني
الحديث واردده علي فافعل بي مثل
ما افعل بك فجاءه اهل مارب فلما
جلسوا واطعم القوم جلس عنده الفتي
الذي امره بما امره به فجعل ينازعه
الحديث ويرده عليه فضرب عمرو وجهه
وشتمه فصنع بعمرو مثل ما صنع
به فقام عمرو وقال واذلاه يوم فخر عمرو
شتم وضرب وجهه وحلف ليقتلنه فلم
يزالوا به حتي تركه وقال والله لا
اقيم ببلد صنع بي مثل هذا فيه
ولا بيعن ما معي به واموالي فقال
الناس بعضهم لبعض اغتنموا
غضبة عمرو واشتروا منه امواله قبل
ان

tibi nox tranſeat abhinc usque ſeptem annos, quin opineris aut poſtridie mane, aut ipſa illa nocte ruinam *Aggeris* ingruituram. Vidit quoque *Amrou* in ſomno fluxum *Aggeris*, dictumque ei; ſignum hujus rei habe, quod conſpecturus ſis glaream in ramis palmarum. Ad palmetum evectus, deprehendit glaream jam conſpicuam in ramis ejus, eorumque radicibus, atque agnovit malum certiſſime ingruiturum in *Sabæos*, eorumque regiones evaſtatum iri. Rem tamen celavit, atque occultam tenuit; conſtituitque omnia ſua in terra *Sabæa* divendere, indeque emigrare ipſe cum familia ſua. Veritus dein ne hoc improbarent homines, inſtituit convivium, camelosque jugulari juſſit, pecudesque mactari. Sic laxiſſimo & lautiſſimo convivio parato, miſit qui promulgarent populo *Marabæ; Amrou conſtituit diem gloriæ glorioſiſſime concelebrandum; ac proinde ad ſolemne ejus convivium adeſte.* Vocavit dein filium quemdam ſuum, cui *Acco* nomen; (alii aſſeverant fuiſſe pupillum ſub tutela ejus) eique dixit, *ubi aſſedero convivio homines excepturus, tum aſſideto mihi; meumque ſermonem cavillare; eumque contra me repelle; dein fac mihi idem quod tibi facturus ſum.* Quum ergo populus *Marabæ* adveniſſet, iisque aſſidentibus convivator præſediſſet, asſedit ad latus ejus puer ille, cui ſuperiora illa mandata ediderat: occœpitque ſermonem cavillari, atque contra eum repellere. Ibi tum *Amrou* faciem ejus verberare, eique convicia ingerere: ille vero eadem omnia reddere ac regerere, quæ in ſe patrata. Tum vero *Amrou* ſurgere, & clamare, *proh vilitatem! Die gloriæ Amrou conviciis oneratus eſt, & percuſſus vultus ejus:* ſimulque dejerare ſe puerum interfecturum; convivæ vero inſtare non ceſſarunt, donec eum miſſum faceret. Tum ille, *per Deum*, inquit, *non ſubſtiturus ſum in Regione; ubi hujusmodi quid in me patratum; ſed venditurus; quicquid mihi*

ان يرضي فابتاع الناس كل ما
له بارض مارب وفشي بعض
حديثه فيما بلغه من شان سيل
العرم فخرج ناس من ازد فباعوا
اموالهم فلما كثروا البيع
استنكر الناس ذلك فامسكوا ما
بايديهم ۞

ولما اجتمعت الي عمرو امواله اخبر الناس
بشان سيل العرم فقال اخوه عمران الكاهن
اني قد رايت انكم متمزقون كل ممزق
ومباعد بين اسفاركم وما تسعكم البلدان
فاختاروا منهم ما شيتم فمن اعجبته صفة بلد
فليسر فمن كان منكم ذا هم بعيد وجمل
شديد فليلحق بقصر عمان المشيد وكان الذي
نزله ازد عمان قال ومن كان منكم ذا هم
بعيد ومراد غير بعيد فليلحق بالشعب من
كود وهي ارض همدان فلحقت به وادعه بن عمرو
فانتسبوا فيهم قال ومن كان منكم ذا حكمة
ووطر ونظر وصبر علي ازمات الدهر فليلحق ببطن
مر فكان الذي سكنوه خزاعه لانخزاعهم في
ذلك الموضع ممن كان معه من الناس وهم بنو
عمرو بن لحي فتخزعت هنالك فقيل لها خزاعة الى
هذا الغاية وفي ذلك يقول حسان بن ثابت ۞

ولما هبطنا بطن مر تخزعت
خزاعة منا في فلول كراكر ۞

ومالك وبنو اقصي بن حارثه بن عمرو بن
عامر مزيقيا قال الكاهن ومن كان منكم
يريد الراسيات في الوحل المطعمات في المحل
فليلحق

*in ea rei opumque.* Sub hæc homines alii alios hortari, *occasionem prædæ reputate iram* Amrou, *atque opes ejus emite ante, quam placatior reddatur.* Coëmerunt ergo, quicquid poſſidebat in terra *Marabæ:* quumque dein emanaſſet aliquid de Diluvio Aggeris ei prænunciato, etiam multi ex *Azadæis* opes ſuos vendidere: ſed quum venditiones percrebescerent, inde reſiluere homines, atque ſua potius in manibus retinuere.

Ita collectis opibus ſuis, indicavit *Amrou* negotium *Aggeris* fluxu ſubruendi: adjecitque Frater ejus, *Amran* divinator, *Equidem vidi, vos omnibus modis diſſipandos fore, atque longinquis itineribus disjiciendos, in regiones quæ vos vix capturæ ſint. Ex iis eligite, quam quique volueritis; & cui arriſerit alicujus ſpecies regionis, in eam contendat. Proinde qui ex vobis alta gerunt pectora, & arduis ſuſtinendis apta, inſideant Arcem Omman celſiſſimam.* Hanc autem inſedere *Azdæi Ommanenſes.* Dixit item; *qui ex vobis alto quidem pectore, ſed longinquiora haud petentes, reſideant in vallibus Coudæis.* Hæc eſt regio *Hamedanenſis*, in qua conſedit *Wadiha Filius Amrou*, cujus genti inde nomen inditum. Dixit item; *qui ex vobis ſtrenui in rebus prudenter proſpiciendis, & tolerandis calamitatibus temporis, inſideant imam vallem Morræ.* Hic vero ſedem fixere *Chozaënſes*, ſic dicti quia iſtic loci abſciſſi ſunt a reliquis ſuis comitibus. Erant autem filii *Amrou ibn Lahi*, qui divulſi a ſuis id nominis tulere, usque in hæc tempora. Hac de re ita *Hasſan Ibn Thabit*

> *Quumque descendiſſemus in vallem Mor, resciſſi ſunt Chozaitæ a nobis agminibus huc illuc dilapſis.*

Reſederunt quoque ibi *Malich*, & *Filii Akza, Ibn Haritha, Ibn Amrou, Ibn Amir, Mozaikia.* Pergens Divinator, *quicumque veſtrum*, inquit, *expetit alte radicatas in*

 *ter-*

فليلحق بيثرب ذات النخل وهي المدينة وكان
الذي سكنها الاوس والخزرج ابنا حارثه بن
ثعلبه بن عمرو مزيقيا قال ومن كان منكم يريد
الخمر والخمير والديباج والحرير والامر والتامير
فليلحق ببصري وعوير وهما من ارض الشام
فكان الذي سكنها غسان ومن كان منكم
يريد الثياب الرقاق والخيول العتاق والكنوز
والارزاق فليلحق بالعراق وكان الذي سكنها
مالك بن فهم الازدي بولده ومن كان بالحيرة
من غسان علي ما ذكرنا انفا في هذا الكتاب ۞

وقال هاشم بن الكلبي واما ابي فكان
يقول انما نزل بالحيرة من غسان مع تبع
بعد هذا بزمان ۞

ثم خرج عمرو بن عامر وولده من مارب وخرج
من كان بمارب من الازد يريدون ارض مجمعهم
يكونون بها ففارقهم وادعه بن عمرو مزيقيا
فسكنوا ارض همدان وتخلف عنهم مالك بن اليمان
بن فهم بن عدي بن عمرو بن مازن بن الازد فكان
بعدهم بمارب ملك الى ان كان من امرهم ما
كان في الهلك ثم ساروا حتي اذا كانوا
بنجران خلف ابو حارثه بن عمرو مزيقيا
ودعبيل بن كعب بن ابي حارثه فانتسبوا في
مدحج قال ابو المنذر ويقال ان ابا حارثه
هو جد حارث بن كعب بن ابي حذيفه الذي
بنجران ۞

ثم سار عمرو بن عامر حتي اذا كان بين
السراة ومكة اقام هنالك اناس من نصر بن ازد
واقام عمرو بن عا مر مزيقيا وعدي بن عمرو
مزيقيا وسار عمرو وعامر ولد مازن حتي نزلوا
ببلاد

*terra molli, quæ cibare queant in sterilitate, applicet se Jatrippæ palmis abundanti.* Hæc est *Medina*; quique eam habitarunt, sunt *Aus* & *Chazrag*, Filii *Haritha Ibn Thahleba, Ibn Amrou Mozaikia.* Idem iterum, *qui ex vobis vinum appetit & massam, pictamque ac sericeam vestem; cum negotiis, earumque administratione, contendat Botzram & Owairum, quæ Syriæ sunt terræ.* Has *Gassanidæ* habitarunt. *Qui vero*, inquit, *e vobis concupiscunt vestes tenues, & equos nobiles, & Gazas, divitiasque, concedant in Irakam.* Hanc inhabitavit *Malich Ibn Phahm Azdæus* cum liberis suis, quique *Hiram* ante occuparant e *Gassanidis*; prout hoc in Libro antea commemoravimus.

At *Hasjem Ibn Alkelbi* auctor est, patrem suum tradidisse, quosdam *Gassanidarum* insedisse demum *Hiram* aliquanto tempore post, a *Tobbao* deductos.

Emigravit deinde *Amrou Ibn Amir* ejusque familia e *Maraba*; ut & qui *Marabam* habitabant *Azdæi*, tendentes ad locum condictum, ut illuc congregarentur. Ab iis autem discessit *Wadiha Ibn Amrou Mozaikia*, cum suis, atque in terra *Hamadan* consederunt. Remansit autem *Marabæ Malich Ibn Eljaman, Ibn Phahm, Ibn Adi, Ibn Amrou, Ibn Mazin, Ibn Elazd*, atque ibi Regem gessit, donec fatale illos exitium obrueret. Reliquis *Negranum* usque progressis, remansit ibi *Abu Haritha Ibn Amrou Mozaikia; & Dehbyl Ibn Caab, Ibn Abi Haritha*, atque *Modaggji* cognomentum assumsere. *Abulmundir* quosdam dicere ait, *Abu Haritha* esse avum *Harith Ibn Caab, Ibn Abi Hadsifa*, qui *Negjranum* obtinet.

Ulterius autem procedens *Amrou Ibn Amir*, interque *Seratam & Meccam* subsistens, collocavit ibi multos e *Nazr Ibn Azd* oriundos. Remansit quoque ibidem *Amrou Ibn Amir Mozaikia*, & *Adi Ibn Amrou Mozaikia*; at alius *Amrou & Amir Mazinitæ* progressi descenderunt in regio-

 nes

ببلاد الاشعريين وعك علي ماء يقال
له غسان بين واديين يقال لهما زبيد
ورمع فاقاموا علي غسان وشربوا منه
وغلب علي اسمايهم ولا يعرفون الا به
حتي قال شاعرهم ۞

اما سالت فانا معشر نجب
الازد نسبتنا والماء غسان ۞

قال والذي نزلوا عك من بني مازن الاوس
والخزرج ابنا حارثه بن ثعلبه بن عمرو مزيقيا
وجفنه بن عمرو مزيقيا والحارث وعوف وكعب
ومالك بني عمرو مزيقيا والتوام وعدي ابنا حارثه
بن ثعلبه بن امرا القيس بن مازن بن الازد ۞



nes *Asjariorum* & *Acc*, ſuper aqua *Gaſſan*, inter duas valles, *Zabyd* & *Ramahh* appellatas. Hic ſedes fixere, uberi potu hinc gaudentes, unde & *Gaſſani* denominatio prævaluit, ita ut non niſi hoc titulo agnoſcantur. Hinc Poëta eorum

*Quidni interrogas? namque nos cœtus nobilis*
*Azdæi origine, quorum aqua eſt Gaſſan.*

Porro qui *Accum* inſedere ex *Mazinitis* ſunt *Aus* & *Chazrag*, filii *Harithæ Ibn Thaleba*, *Ibn Amrou Mozaikia*: & *Gjafna Ibn Amrou Mozaikia*; & *Harith*, & *Auf*, & *Caab*, & *Malich* filii *Amrou Mozaikia*; & *Altoum* atque *Adi* filii *Haritha Ibn Thahleba*, *Ibn Amrilkys*, *Ibn Mazin*, *Ibn Elazd.*

F I N I S.



